


G. 10.



PROSODIÆ

Latinae & Græcæ præcepta:

IN VSVM

SCHOLÆ SER-
VESTANÆ, ANNOS

ante quindecim, à Reuerendo viro

M. VVOLFANGO AMLINGO,

tum temporis Ludi literarij ad Barthole-

maum Rectore, ex optimis autoribus col-

lecta: Iamq̄ in lucem edita

studio, & opera

M. BALDASARIS KIS-
VVETTERI.

ANNO CHRISTI

AVXILII est MISERIS spes DeVS Vna p̄IIIs.



SERVESTAE

Excudebat Bonaventura Faber.

CIO IO XXCII.

AD IUVENTUTEM
Scholasticam.

Exiguis magni nascuntur fontibus amnes,
Qui fluvio campos expatiente rigant.
Virga fuit, quæ se nunc vertice tollit in auras,
Fronibus & patulis alnus obumbrat aquas.
Omnia sic rerum nascentia semine paruo
Grandescunt spatio temporis, atq; mora.
Ergo caue tenuem puer aspernere libellum,
Quem dedit AMLINGI docta Minerva
tibi.

Crede mihi, qui nunc Parnasside tempora lauro
Vincta gerit, vatis clarus honore pij,
Hæc data fila sequens primæ lanuginis annis,
Ad Musas recto tramite legit iter.
Tu quoq; Daphnæ qui speras frondis honores,
Hanc ad Parnassi culmina perge viam.

Gregorius Bersmanus.



OPTIMÆ SPEI
PVERIS VVOLFGAN-
go Amlingo iuniori, nec non
Baldefari, VVolfgango, & Ioan-
ni Kisvvetteris, fratribus etc.
filijs suis carissimis
S. D.



CITE IN-
quit Virgilius, Poe-
tarum princeps :
In tenui labor est,
sed tenuis non glo-
ria. Etsi autem in
diuerso iam argu-
mento versamur :
tamen non dubium est, quin etiam hoc
studiorum genus plerisque videatur exi-
lius, quàm in quo excolendo multum tem-
poris ponendum arbitrentur. Cum enim,
quæ de re metrica traduntur præcepta,
tantum illorum ingenijs informandis
inseruire videantur, qui ad Poeseos
A 2 Studium

P R Æ F A T I O.

studium animum applicant: multi nescio quo opinionis errore, nihil sibi eadem profutura existimant, quod minus se vel nature indole, vel alijs donis, & quasi eodius ad id genus artis necessarijs instructos depræhendunt. Ad istiusmodi igitur puerorum animis eximendos tum scrupulos, tum remoras: prodest causas aliquas in conspectu habere, propter quas iuuentus ad Prosodie studium assuefacienda sit.

Propter 6. causas Prosodie cognitio necessaria est.

Recensebo igitur breuiter sex causas, quas omnibus ad solidam eruditionis laudem aspirantibus, à teneris (quod aiunt) unguiculis considerandas iudico: Utq; velut in tabella puerorum oculis subiiciantur, distinctione numerorum utar: quò facilius memoria insigi possint, adeoq; discipulis nunquam in conspectu esse desistant.

1. Quia est pars Grammaticæ, cuius fundamento non fideliter ia-

Sunt autem istæ. I. Cum inscitia Grammatica, omnes artes, religiones, ac leges, ingentibus tenebris obruat, diligenter in tota Grammatica elaborandum esse, nemo insitiabitur. Est igitur etiam

Pro-

P R Æ F A T I O.

Profodia cognitio, tanquam pars Gram-
 maticæ, omnibus literatis necessaria: ne
 quis artem illam, quæ totius liberalis insti-
 tutionis prima quasi basis, & mater est,
 tantum ex parte æstimet, & in aliquibus
 siue Orthographiæ, siue Etymologiæ, siue
 constructionis ordinandæ præceptiunculis
 utcunq; versatus: officio suo perfunctum
 se esse, & totam artem (cuius studium in-
 finitum est) exhausisse somniet: etiamsi
 hanc partem, quæ ab accentuum ratione,
 tanquam à summo scopo, ad quem tendit,
 Προσῳδία Græcis dicta est, vel nihil ad se
 pertinere falsò sibi persuadeat, vel cæteris
 tractet negligentius. Quemadmodum
 enim scalarum gradus, si alios tollas, alios
 incidas, nonnullos malè hærentes relin-
 quas, ruinæ periculum struas, non ascen-
 sum pares: (ut A. Cæcinnæ, ad Ciceronem Lib. 6. epist.
 scribentis, verbis utar:) sic Grammaticæ 7. ad famil.
 studio vel neglecto, vel mutilato, vel in-
 terrupto, nemo unquam ad solidam erudi-
 tionis laudem se peruenturum speret.

Et o, quic-
 quid supera-
 struxeris,
 corruet.

II. Ut nihil magis deformat hominem 2. Propter
 literatum, quàm vel perturbata, vel præci-
 pitata pronunciam-
 tionem.

P R Æ F A T I O.

pitata, & confusa pronuntiatio : Ita magnum dedecus est, in enunciandis dictionibus vel producere (ut in scholis loquimur) corripienda, vel corripere producenda. Præterquam enim, quod tales seipsos facilimè deridendos alijs propinant: etiam hoc inde percipiunt incommodi, ut semel, atq; iterum explosi, ad dicendum postea non tantum accedant timidiores, verum sibi ipsis, etiam in optimè præmeditatis, diffidere incipiant: quæ animi perturbatio facit, ut & res ipsas confundant, & subinde instar balborum in perorando turpiter hallucinentur. Discant ergò à prima iuventute Prosodia præcepta ingenui scholastici, ne olim de syllabarum quantitate, quarum hîc ratio redditur, pueriliter dubitare, aut in pronuntiando, sicut mus in pice, hesitare necesse habeant.

3. Propter Orthographiam, & distinctionem accentuum.

III. Fieri non potest, quin horum præceptorum ignari suam ipsorum imperitiam prodant: si non dicendo, scribendo saltem. Vnde enim tot in Orthographiam vitia irrepsisse putabimus, nisi ad ceteram artis Grammaticæ ignorationem, plus quam

PRÆFATIO.

quàm barbaricam, huius etiam partis neglectio accessisset. Scribitur passim Fœlix per diphthongum, quòd penultima natura putetur esse longa: Cum sine potius diphthongo scribendum sit Felix: longa nimirum penultima ουωυγέσσι, seu contractione, non diphthongo: hoc est, per accidens, non natura. In isto enim vocum genere Fabius docet duplicasse veteres vocales, ut Feelix scriberent. Ita nemo præceptorum Profodia peritus, P R E C O R, aut P R E C A R I O scripturus, diphthongis utetur, quemadmodum scribarum vulgus solet. Cum ex compositis, Imprecor, comprecor, &c: syllabam istam natura breuem esse didicerit. Enimuero utrunq, & tersa, grauisq, scriptura: et sonora, atq, distincta, ut modò dictum est, enuntiatio hominem literatum decet. Et si aut apud Latinos non magni forsàn hac cõmonitio momenti esse videri poterat: tamen ad græcã linguam (quam nisi quis cum latina, non in Philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione coniungendam sibi esse à pueris persuaserit: etiam Cicerone teste, nunquam

Offic. lib. 1.

Α 4 inter

P R Æ F A T I O

Qui non
græca simul
iungit do-
cumenta la-
tinis:
Is solidè do-
cti nomen
habere ne-
quit.

inter solidè doctos locum reperiet :) quam
primum peruentum est : nescio equidem,
an uspiam documentum, cuiusuis in eo
quidem studiorum genere progressum e-
stimandi, præter scripturæ puritatem, ex-
tet certius, & luculentius. Quin etiam
mediocriter doctos sæpissimè, in accentuū
præsertim transpositione, atq; confusione,
ut cætera iam omittā, hallucinari constat:
tantum abest, ut ea lingua, quæ in doctri-
na Ecclesiæ proximū à lingua sancta gra-
dum obtinet, sine Prosodia cognitione vel
conseruari, vel tradi, vel intelligi possit.

Propter IIII. Sciant adolescentes, omnibus stu-
diorum opus esse poëmatum cognitione, ad
iudicandum de ornamentis orationis. Et
candi de a- iam si enim non est omnium, diuinam il-
liorum scri- lam artem exercere, in qua nihil inuita,
ptis, quod aiunt, Minerva præstatur laudabile:
tamen experientia testatur, sine cognitio-
ne figurarum, & ornamentorum, quibus
poëmatum oratio, tanquā stellis, & flosculis
variè pingitur, non tantum oratorum illā,
siue forensē, siue theatricam: verū etiam
diuinā ipsius spiritus sancti eloquentiam
obscu-

PRÆFATIO.

obscuriorem esse, & cum nativa suauitate
minimè coniunctam: quam illi percipiunt,
qui non omninò ieiuni, aut humaniorum
istorum studiorum planè imperiti ad scri-
pturæ sacræ lectionem accedunt. Prosodia
igitur præceptis nobis opus est, non tantum
propter rectam pronunciationem, & scri-
pturam: verum multò magis propter co-
gnitionem figurarum, quæ in poëmatum
lectione occurrunt, & in scriptura etiam
sacræ non rarò, (in Psalmis præsertim:) se
offerunt. Quam ad rem omninò præter
distinctionem metrorum, cætera etiam
huius doctrinæ præcepta requiruntur.

Ridiculè enim totos Prophetas, et Psal-
mos contaminarunt ante hæc tempora in-
terpretes: ac etiamnum Iudæi elegantis-
simas figuras turpiter corrumpunt in
Psalmis: non aliam ob causam, nisi quia
puerili hæc doctrina non sunt exculti: nec
figuras, & ornamenta in illis concionibus
& carminibus agnoscunt: ut præclarè
magnus ille omnium Germaniæ vatum
Præceptor Philippus Melanthon, quem
honoris gratia nomino, in commendatio-

A S nem

P R Æ F A T I O.

nem Micylli, de re metrica optimè meriti,
differit.

5. Propter V. Cum in omnibus artibus, maximè
studium re- verò in Eloquentia studijs, singularem
Elius insti- vim habeat I M I T A T I O: unanimi e-
tuenda imi- ruditorum iudicio constat, exercitatione
tationis o- sribendorum versuum facilius etiam,
ptimorum quid sit Imitatio, addisci: figurarumq;
autorum in magis pondus, & emphasin perspicere: maio-
dicendo: & rem deniq; in singulis voculis vel usur-
ad compa- pandis, vel prætereundis prudentiam ad-
randam sibi hiberi. Etsi enim ad excellentem illam
qualemcum- Poëtarum laudem non omnibus datum est
que verbo- peruenire: (cum manifestum sit, cetera-
rum, rerūq; rum rerum studia, & doctrina, & præ-
copiam. ceptis, & arte constare: Poëtam natura
pro Archia. ipsa valere, & mentis viribus excitari,
& quasi diuino quodam spiritu afflari, ut
Ciceronis verbis utar:) tamen etiam illud
verum est, solidè doctis accenseri neminè
posse, qui carminis scribendi rationè planè
ignoret: sine quo exercitio, ne quidè rectè
scribende solute orationis facultas conser-
uari potest: Propterea quòd versus, ut di-
xi, magis ad imitationem adolescentes af-
suesca-

P R Æ F A T I O.

sue faciunt. Nemo aut sine cura imitationis rectè loqui unquam visus est. Præterquam verò, quod ad verborum delectū, & orationis copiam confert plurimum: rerū etiam scientiam auget lectio Poëtarū: quos tamē nec amare, nec intelligere possūt illi, qui omninò rudes sunt Prosodia. Quare cum Poëtarū cognitio propter rerū, verborūq; copiā necessaria sit, etiam artē metricā diligenter discendā esse, iuvenes sciant.

Postremò non tantum magnam volu- 6. Propter
ptatem hæc quasi Musica bonis ingenijs in numeros,
ligata (quam sic vocant) oratione, affert: quos in di-
ubi numeris, & concinnitate quadam cendo etiam
illustrari eruditas sententias intelligunt: oratores
verum in oratione illa liberiore, & soluta obseruant.
suis etiā numeris, ut maior grauitas, atq;
pondus accedat, sermonem ipsum vestit.
Vnde non solum gentium oracula, atq; ipsa
etiam Ecclesiæ cantica, & hymni, Psalmiq;
metricè sunt compositi: sed etiā oratores,
(ut ex orationib. Isocratis, quem primum
in hac re elaborasse tradūt, itē Demosthe-
nis, et ipsius quoq; Ciceronis, eloquentie a-
pud Latinos principis, liquido patet:) pedū,
ac numerorū in dicendo curā habuerunt.

P R Æ F A T I O.

Hinc utilissima illa Rhetorū doctrina pro-
 manavit de tribus disponendorum verbo-
 rū modis : (nam disposita vocabula aut in-
 cisum efficiunt, aut membrum, aut perio-
 dum:) deq; duplici periodorum genere,
 quorum alterum veras periodos, alterum
 quasi περιόδους, seu περιδικίας περιγραφάς,
 ἢ τὰ πνεύματα, ut loquuntur, complectitur:
 de quatuor deniq; vera Periodi formis.
 Alia enim est μονόκωλⓄ, alia δίκωλⓄ,
 alia τρίκωλⓄ, alia τετράκωλⓄ. Cete-
 rum ut tribus postremis vera periodi for-
 mis accidunt ἡ ἰσοκωλία, Ἐἡ μείξεϊα, Ἐἡ
 μακροκωλία : ita præter hæc omnia,
 unum est accidens peculiare τῆς τρίκωλς,
 ἡ ἰσοσκελία. Et quidem observari solet
 ab artificibus, ut si longa periodus præcef-
 serit in oratione, sequatur compositio inci-
 sum, vel membratim facta, vel periodus
 unius, aut duorum membrorum. Suntq;
 duo vitia etiam, atq; etiam vitanda: Aspe-
 ritas, hoc est, iniucunda consonantium
 coniunctio, quæ difficilem pronunciatio-
 nem efficiunt : Et hiatus, hoc est, Inamæ-
 na, seu inconcinna vocalium connexio.

Hinc

P R Æ F A T I O.

Hinc porrò traxerunt originem schemata illa, in quibus suavis quaedam concinnitas, & elegantia inest: quales sunt: ὁμοιόπλων, ὁμοιοτέλων, παρέσσις, ἀντίθεσις, ζεύγμα, ἑπίζυξις, ἀναδίπλωσις, ἀναφορὰ, πολυσύνθετον, ἀσύνθετον, & id genus alia. Omnia enim hæc à certa verborum, & syllabarum collocatione, tanquam numeris dependent, & ex re metrica, hoc est, ex Poëtarum scholis, ad facultatem oratoriam translata sunt. Has igitur, & alias ob causas, quas breuitatis studio præcidendas, & nonnullas etiam silentio prætereundas duxi: præcepta hæc de utriusq; lingue Prosodia, studiosè iuuentuti summè necessaria sunt: quorum etiamsi varia passim extant compendiola, & quasi enchiridia: tamen quæ hoc libello complexi sumus, ut tironum captui accommodatiora esse: ita discipulorum studijs vel maximè profutura confidimus. Collegit autem ista, iam annos ante quindecim, Reuerendus, & Clarissimus Vir, Scholastica iuuentuti optimè cupiens, M. VVOLF GANGVS
A M-

P R Æ F A T I O.

A M L I N G V S, scholæ tum temporis ad
Bartholemeum Rector, compater meus
cum obseruantia colendus: quo ultra tri-
enniũ suauissimo collega vsus sum. Cumq̃
hinc Anno 69. appetente autumnno, in pa-
triam euocatus, eiusdem functionis succes-
sorem me reliquisset: In id hætenus, ad
presentem vsq̃ annum, sedulo incubui, vt
eadem informanda iuuentutis scholasticæ
via, seu methodo vterer, cum in cæteris:
tum vel maximè in his ipsis vtriusq̃ lin-
gue exercitijs: quorũ præcepta, meo potissi-
mum hortatu à Collega conscripta fue-
rant, quæ paucis equidem exemplis illu-
strauit, & auxili.

Postquam igitur eadem in nouo hoc
Gymnasio, (cuius alumni benedicat Do-
minus:) grauisimo consilio retinenda iu-
dicarunt Scholarchæ: vt pueros descri-
bendi labore subleuarem, typis publican-
da duxi. Quæ quidem cur tibi potissi-
mum suauissime V V O L F G A N G E,
(pro quo in sacratissimi baptismatis fæde-
re fideiussi) dedicanda: & nominatim
carissimos

P R Æ F A T I O.

carissimos filios meos adiungendos tibi
 censuerim, causam aliam non habui:
 quam ut & paternæ erga vos affectionis
 nostræ, & imprimis arctissimæ illius inter
 parentes vestros coniunctionis, atq; ami-
 citiæ, quam immortalem esse cupimus,
 sacrum quoddam pignus extaret: quod
 vestri simul officij vos commones faciat, ut
 eadem inter vos animorum coniunctio,
 & necessitudo coalescat à pueris: sitisq;
 olim ut patrimonij, ita etiam amicitie
 paternæ grati heredes. Rectè enim non
 minus, quam eleganter Isocrates dixit:

πρέπει δὲ πᾶδας, ὡσπερ τῆς ἐστίας, ἔτω
 καὶ τῆς Φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονο-
 μείν. Sed & ansam hoc ipso munuscu-
 lo, vobis, vestrisq; suavissimis commili-
 tionibus præbere volui, à teneris græca
 cum latinis coniungendi: parentumq;
 (tui præsertim **VVOLFGANGE**)
 præclaris vestigijs insistendi, & rursus
 Isocratis obtemperandi præcepto, cum
 inquit: ἡγοῦ, μηδενὶ τῶν ἀθλητῶν
 οὕτως προσήκειν, ὅπῃ δὲ αὐταγωνιστὴς
 ἀσκεῖν, ὡς σοὶ σκοπεῖν, ὅπως ἐφάμιλλόν
 γρήσῃ

In oratione
 ad Demoni-
 cum.

P R Æ F A T I O.

Ἐπισημοῦ τοῖς Ἐπιταξοῖς Πατρὸς Θεοῦ. Aeter-
nus Pater Domini nostri Iesu Christi ve-
stra studia regat, dirigat, prouehatq; ad
sempiternam nominis sui gloriam, & ve-
stram salutem: Faxitq; ut sitis, ac ma-
neatis vasa misericordiae, & organa diui-
nae suae gratiae. Amen. Serueste Idibus
Martij, Anno 1582.

M. Baldasar Kis-
vvetterus.

DE

DE PROSODIA.

Quid est Prosodia?

E *St qua docet accentus syllabarum.*

Quid est Syllaba?

Est comprehensio literarum, quae uno eodemq; spiritu ac tono efferuntur.

Vnde dicitur Syllaba?

Syllaba dicitur à Græco verbo συλλαβάω, quod significat comprehendo.

Quid est litera?

Est minima pars vocis compositæ.

Quot sunt literæ?

*Viginti duæ. A b c d e f g h i k
l m n o p q r s t u x y z.*

H enim tantum aspirationis nota est.

Quomodo diuiduntur literæ?

In Vocales & Consonantes.

Quid est Vocalis?

Est quæ per se sonat, ac vocem edit, sine qua non fit syllaba.

Quot sunt Vocales?

Quinq; a e i o u. & y græca, atque hæ composite inter se inuicem efficiunt diphthongos.

B Regu-

DE PROSODIA.

Regula.

I & V. sequentibus alijs vocalibus in eadem syllaba eiusdem dictionis degenerant in consonantes, ut Iubeo, Vivo.

I autem in medio dictionis inter duas vocales positum fit dupla, ut aio, maior.

Quid est Diphthongus?

Est geminus sonus unius syllabae.

Quot sunt Diphthongi?

Quatuor $\left\{ \begin{array}{l} AE \\ OE \\ AV \\ EV \end{array} \right\}$ ut $\left\{ \begin{array}{l} Aeneas. \\ Caelum. \\ Aurum. \\ Neuter. \end{array} \right.$

Et antiqua EI, cuius usus est in accusatiuis tertiae declinationis.

DE CONSONANTIBUS.

Quot sunt Consonantes?

Sunt reliquae literae omnes praeter vocales.

Quare dicuntur Consonantes?

Quia per se nihil sonant nisi adhibita vocali.

Quo=

Quomodo diuiduntur?
In Mutas & Semiuocales.

Quid est Muta?

*Que exiguam partem vocalis habet,
& respectu ceterarum quasi muta vide-
tur.*

Quot sunt Mutæ?

Novem. b c d f g k p q t.

Quid est Semiuocalis?

*Que ad vocalem propius accedit, so-
numq; aliquanto clariorem reddit.*

Quot sunt Semiuocales?

Septem. l m n r s x z.

Quomodo diuiduntur?

In Liquidas & Duplices.

Quid est Liquida?

*Que post mutam in eadem syllaba po-
sita, precedentem vocalem natura breuē,
liquescere hoc est modo longam modo bre-
uem facit, vt tenēbra & tenēbra.*

Quot sunt Liquidæ?

Quatuor. l m n r.

Quid est Dupla?

B 2

Que

DE PROSODIA.

Quæ duarum Consonantium vim habet.

Quot sunt Duplæ?

Due: x & z. x enim in constitutione syllabarum idem est quod C S vel G S. ut Dux ducis, Rex regis. z verò per geminum S S reddi solet. S autem ex Semivocalibus reliqua neq; liquida neq; dupla sed movòdin@, hoc est, sui iuris est.

DE ACCIDENTIBVS SYLLABÆ.

Quot accidunt Syllabæ?

Tria { *Tenor,*
Spiritus &
Tempus.

Quid est Tenor?

Est nota pronunciationis, qua Syllaba efferendo vel attollitur vel deprimatur, alio nomine tonus vel accentus dicitur.

Quot sunt Toni vel Accentus?

Tres. Acutus, gravis & circumflexus.

Quid

DE PROSODIA.

Quid est Acutus?

Quo syllaba pronunciando attollitur.

Quid est Grauis?

*Quo syllaba grauiter absq; aliqua vo-
cis eleuatione aut mora enunciatur.*

Quid est Circumflexus?

*Est ex acuto & Graui compositus, quo
syllaba cum mora nonnulla ac tractim ef-
fertur.*

Dic aliquot Regulas de Ac-
centibus?

*De acci entibus Latinorum quinq;
obseruentur Regulae.*

Quæ est prima?

*Accentuum ratio apud Latinos in di-
etionibus hyperdissyllabicis (reliquarum
enim nulla est difficultas) præcipue ex
quantitate penultime syllabe dependet,
qua breui existente, accentus acutus est
in antepenultima, ut Dominus, sapiens.*

*Excipe quæ per Syncopen aut Synare-
sin dicuntur, in quibus idem tonus, qui
in integris fuit, manet: ut peculi pro pe-
culy: Tuguri pro Tuguriy. Huc pertinent*

*quomodo duo uocales in unam
coalescunt aut adunantur.*

*ed è syncop
quomodo
modo cl
humis
ra ut
laba tolli*



DE PROSODIA.

Quæ est quinta?

Quævis autem dictio unicum tantum accentum acutum vel circumflexum habet, qui in pronunciando percipiatur (consignari enim apud Latinos raro solent) ceteræ syllabæ omnes grauantur, nisi propter encliticas vocales, que, ne, ve, alius forsitan accentus insuper accedat.

Quid autem de Monosyllabis & dissyllabis sentiendum est?

Monosyllaba in contextu graui tono ubiq; hodie efferuntur siue eadem syllaba longæ siue breuis sit: Quanquam ex Regula omnes monosyllabæ natura longæ circumflecti debebant, ceteris siue breues sint, siue longæ positione, acutis. Quæ verò dissyllaba sunt, priore syllaba, per acutum eleuata, ferè efferuntur, ut Lupus, Annus, panis.

Cum tamen in ijs, quæ priorem natura longam sequente breui habent, eadem circumflecti ex lege, non acui debebat, sed quoniã circumflexi pronunciatio, & acuti

DE PROSODIA.

apud nos confunditur, unus utrobique, ferè
tonus seruatur.

Quid est Spiritus?

Est quo syllaba alia leniter alia asperè
pronunciatur.

Leniter) ut { ora sine }
Asperè) { hora cum } Aspiratione.

Quid est Tempus?

Est ipsa syllabarum quantitas seu pro-
nunciandi mora. Vbi tamen sciendum est,
haud quaquam idem esse accentum &
quantitatem, siue tempus: neq; statim e-
am syllabam longam esse, quæ accentu a-
cuto profertur. Vt prima in Dominus a-
cuitur, cum tamen prima breuis sit.

Quotuplex est Tempus?

Triples. Breue, longum, indifferens.

Quid est breue Tempus?

Quo syllaba breuiter effertur.

Quid est Longum?

Quo syllaba producitur.

Quid

DE PROSODIA.

Quid est Indifferens?

*Quo syllaba indifferenter breui vel
longa effertur mora.*

DIVISIO SYLLA-
BARVM.

Quomodo diuiduntur syllabæ?

Syllaba diuiditur bifariam.

I. In Longam, Breuem & Ancipitem.

II. In Primam, mediam & ultimam.

Quot modis cognoscitur quan-
titas primæ syllabæ?

Octo modis.

1. Positione.

2. Diphthongo.

3. Prepositione.

4. Compositione.

5. Vocali ante vocalem.

6. Deriuatione.

7. Regulis.

8. Autoritate siue exemplo.

DE PRIMO.

Quomodo cognoscitur
Positione?

B S

Positio

Positio omnis longa est.

Quid est Positio?

Quando vocalem sequuntur due consonantes, siue in eadem, siue in diuersis dictionibus, aut una duplex.

Vt doctus, Axis. Vel cum I inter duas vocales in eadem dictione ponitur, ut Aio, Maior.

Da Exemplum?

Ingeniū quondam fuerat pretiosius auro.

**Habetne hæc Regula
exceptionem?**

Habet: Nam cum Muta & Liquida ambe in eadem syllaba posite sequuntur vocalem natura breuem eam efficiunt anticipem, id est, ut corripiri & produci possit, Vt Tenebræ media breui, & Tenebræ media longa. Sed cum vocalis longæ est, corripiri propter liquidam syllaba non potest, ut simulacrum à simulare, & salubris, à salus salutis.

Da Exemplum?

Et primò similis volucris, mox vera volucris.

DE

DE SECVNDO.

Quomodo cognoscitur
Diphthongo?

*Diphthongus omnis longa est, ut Au-
rum, AEs, Eurus, Caelum.*

DE TERTIO.

Quomodo cognoscitur
Præpositione?

*Præpositiones in compositione quanti-
tatem suam retinent, nisi aut positio fiat
aut vocalem vocalis sequatur, ut abduco,
deamo. Corripiuntur autem hæ præpo-
sitiones ab, ad, in, ob, per, sub, super, pro-
cul, prope, & re, præter in verbis reiçcio
& refert pro inter est.*

Producuntur à de, di, è, præ, se, & pro.

*Sed hæc omnia rectius vsus docebit.
Nam ex his etiam quasdam interdum
correptas inuenies, ut Di in dirimo et no-
mine disertus corripitur.*

DE QVARTO.

Quomodo cognoscitur Com-
positione?

*Compositione quantitas prima syllabæ
depre-*

DE PROSODIA.

deprehenditur hoc pacto. Si nescis quanta sit prima dictionis simplicis, eam compone & accentum perpende, ut potens, impotens, clarus præclarus, seco, refeco, spiro aspiro. Si vero dictio composita fuerit tetrasyllaba, fac eam, redigas in trisyllabam, si hoc commode fieri potest, ut fodio, perfodio perfodis, fugio, confugio confugis, Finio, definio, desinis.

DE QUINTO.

Quomodo cognoscitur vocali ante vocalem?

Vocalis ante vocalem in eadem dictione apud Latinos corripitur, ut Deus, pius. Nam in diuersis prior patitur elisionem.

Quænam ab hac Regula excipiuntur?

1. Fio in dissyllabis longum est, in alijs breue, ut fierem fieri.
2. Aër.
3. Dius, a, um.
4. Eheu, ohe & heu dissyllabum
5. Diana primam indifferentem habet.

DE SEXTO,

Quo-

DE PROSODIA.

Quomodo cognoscitur syllaba
deriuatione?

*Deriuatum plerumq, seruat quantita-
tem sui primitiui, ut Dominus, Dominor.*

Quænam ab hac Regula
excipiuntur?

I. *In quibus eadem consonans non ma-
net, in ijs non raro, & quantitas mutari
solet, ut à foueo, prima breui, fit fomes
prima longa, à moueo prima breui, fit mo-
tus prima longa.*

II. *Multa sunt deriuata quorum alia
quidem contra naturam primitiuorum
producuntur, ut Rex regis. Prima longa
à Rego prima breui. Alia vero corripun-
tur, ut Lucerna prima breui, à Luceo pri-
ma longa. Sed hæc usu discenda sunt.*

DE SEPTIMO.

Quot traduntur Regulæ de pri-
mæ syllabæ quantitate?

Quinq,

Quæ est prima?

*Omne præteritum dissyllabum habet
priorem longam, ut vidi, feci, legi, liqui.*

Quæ

Quæ excipiuntur

Excipiuntur sex quæ primam corripiunt, ut bibi à bibo, ^{ixi à xalio} fidi à findo, steti à sto, scidi à scindo, dedi à do, tuli à fero. 1

Quæ est Secunda?

Omne præteritum geminans principium primam corripit, ut momordi, totondi, ^{in gabo die} di, fefelli, pepuli. 1

Quæ est Tertia?

^{in velle ab pronomina} ^{odre in balhara inde} ^{tonfor in balbio} Ceterorum præteritorum tanta est quantitas, quanta presentis, ut Amaui primam corripit sicut amo. 1

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur quatuor. Coëgi à cogo, genui à gigno, posui à pono, potui à possum. Nam horum prima syllaba in presentè longa est. In præteritis vero brevis. 1

Quæ est quarta?

Omne supinum dissyllabum priorem producit, ut Potum à poto, risum à video, lusum à ludo, motum à moueo. 1

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur hæc: Citum à cieo, secunde coniugationis. (Nam citum à cio cis ci-re, quar-

re, quartæ coniugationis producitur) da-
 tum à do, Itum ab eo, Litum à lino, qui-
 tum à queo, ratum à reor, rutum à ruo, sa-
 tum à sero, situm à sino, & lutum à luo,
 cuius tamen composita, dilutum, pollutum
 elutum, V longum habent. / *ius Crispinus
 ay. fallo.*

Quæ est Quinta?

Bi & tri in compositione corripuntur
 ut Biceps, bidens, bicorpor, tricorpor, bi-
 cuspis, biuium, triceps, tricuspis, tridens,
 triuium.

DE OCTAVO.

Quomodo cognoscitur primæ
 syllabæ quantitas ex-
 emplo?

Exemplo primæ syllabæ quantitas co-
 gnoscitur, quoties ad probati poeta confu-
 gimus autoritatem, ut si dubites quanta
 sit prima in lepore poteris ex illo Ouidij
 versu certior fieri.

Sepè canes leporesq; vna iacuere sub umbra.

DE MEDIÆ SYLLABÆ
 COGNITIONE.

Quot

DE PROSODIA.

Quot modis cognoscitur quantitas mediæ syllabæ?

Octo.

1. *Positione.* 1
2. *Diphthongo.* 2
3. *Accentu.* 3
4. *Diminutione.* 4
5. *Vocali ante vocalem.* 5
6. *Derivatione.* 6
7. *Regula.* 7
8. *Exemplo.* 8

DE PRIMO ET SECVNDO MODO.

Quomodo cognoscitur mediæ syllaba positione & Diphthongo;

Omnis syllaba non solum prima, verum etiam mediæ, & ultima, positione atq; diphthongo producitur.

DE TERTIO.

Quomodo mediæ syllabæ quantitas cognoscitur accentu?

Accentu cognoscitur in hyperdissyllabis

labis penultima, qua si vel acuitur vel circumflectitur longa est, ut Doctiores, Romanus, Sirenus. Si autem grauetur brevis est, ut Dominus, optimus.

DE QVARTO.

Quomodo cognoscitur diminutione?

Media syllaba cognoscitur diminutione maxime antepenultima, cum videlicet detracta syllaba sit penultima, & sic innotescit accentu, ut amicorum producit antepenultimam, quia amicus producit penultimam.

DE QVINTO.

Quomodo cognoscitur vocali ante vocalem?

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus corripitur, ut Filius, tenuis.

Quæ excipiuntur?

I. Genitiui et Datiui singulares quinta declinationis puri, in quibus E inter duo I producit, ut diei.

II. Genitiui antiqui in AI, ut aquai, aulai, qui cum diaresin, id est, diuisione

C nem

nem unius syllabæ in duas admittunt, penultimam producunt.

III. Possessiva in eius, eia, eium, quæ E longum habent, ut Priameius, Aeneius.

IIII. Genitivi secunde pronominum in IVS, diuisas syllabas, ut, Illius, istius, & qui illorū formam sequuntur, ut unius, nullius, etc. in versu penultimā ancipitem habent, in prosa verò perpetuò penultima acuta proferuntur. Præter aliud, quod in Nominatiuo breue est, in Genitiuo facit aliud media longa. Et alter, cuius Genitiuus alterius penultimam semper corripit.

DE SEXTO.

Quomodo cognoscitur derivatione?

Derivatione media syllaba cognoscitur, quando primitiui quantitas consideratur. ut si nescias, quanta sit CTO in Victori- nus, & STI in Iustinianus, cognoscis ex Victoris & Iustinus primitiuis, in quibus CTO & STI producuntur.

DE SEPTIMO.

Quot traduntur Regulæ de Media syllaba?

Vna

Vna tantum.

I in compositione, ita medium, ut priorem partium componentium terminet, corripitur, ut Agricola, Ensifer, Magnus.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur hæc in quibus I producitur, ut tanticung, tantidem, quanticung, qualicung, unicuiq, cuiuis, cuilibet, cuidam, utriq, cuinam, cuipiam, pleriq, cuiq, & similia.

DE OCTAVO.

Quomodo cognoscitur exemplo siue autoritate?

Exemplo seu autoritate media syllaba deprehenditur, quoties probatos imitatur poëtas, ut si quis ambigat, quanta sit media antepenultima in pecunia, recurrae ad Carmen Horatij:

Et genus & formam regina pecunia donat.

DE VLTIMAE SYLLABAE

Quantitate cognoscenda.

Quot modis cognoscitur vltima syllaba?

C a

Quæ

Quatuor modis.

1. *Positione.*
2. *Diphthongo.*
3. *Regula.*
4. *Exemplo seu Autoritate.*

Positionis autem & Diphthongi, sicut etiam exemplorum, eadem hic est ratio, quæ in præcedentibus.

DE TERTIO.

Quot traduntur Regulæ de
ultimæ syllabæ quan-
titate?

Octodecim.

A finita producuntur: ut ama, contra, præterea.

Quæ excipiuntur;

Primo: excipiuntur Nominatiui, & Accusatiui & Vocatiui cuiuscūq; numeri aut generis in A, quæ corripuntur, ut hic Poëta, hæc Musa, hæc templa, hæc Carmina, Præter Vocatiuos à Nominatiuis grecis in AS productis, ut ô Aenea, qui producuntur.

Secundo: numeralia in GINT A, quæ
com-

communem habent ultimam, ut triginta, quadraginta.

Tertio, putà, aduerbium: ita & quia, quæ corripuntur.

Quæ est Secunda?

Quæ finiunt in E, corripuntur, ut cubile, monile, mille.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur primò Græca in E longum, ut Musice, Anchise, cete, epitome.

Secundo Genitiui, Datiui & Ablatiui quinta declinationis, facti per contractionem, ut die, fide, specie, quibus adde etiam Ablatiuum Fame. *Cave commune à caso*

Tertio, Imperatiui singulares secunde *causæ*, coniugationis, ut Doce, Mane. *rite*

Quartò, Monosyllabica dictiones in E, ut me, te, se, præter encliticas Coniunctiones, Quæ, ne, ve. Ne autem aduerbium prohibendi, pro ut non, semper producitur.

Quinto, Aduerbia in E, rectè & ritè formata à datiuo in O, ut bellè, pulchrè. Sic valde, ferè & ferme. His additur obe

*Interiectio, Malè vero corripitur sicut
& benè.*

Dic Tertiam?

*In I finita producuntur, ut dij, amari,
dixi, vesperi: Scribe dij, lege di, si vis
urbanus haberi.*

Quæ excipiuntur?

*Primò: Datiui & Vocatiui in I, quo-
rum Genitiuus singularis in OS corre-
ptam apud Græcos desinit, ut, huic palladi,
Minoidi, ô Alexi, Phylli, Pari, Amarylli.
Interdum tamen eiusmodi datiui legun-
tur ultima longa.*

*Secundo: Nisi, & quasi, quæ corripun-
tur, & mihi, tibi, sibi, cui, dissyllabum, ubi
& ibi, quæ ultimam habent ancipitem.
Moly, desinens in y ultimam corripit.
(Nomen herbae παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους
à molliendis, & leniendis morbis.*

ρίζη μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι ἢ εἰκελον ἄν-

θη,

(ρύσειν.

*μῶλυ δὲ μὴν καλέουσι θεοὶ, χαλεπὸν δὲ τὸ ὀ-
ανδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ ἢ δύνανται ἅπαντα.*

Quæ est quarta?

O fini-

No finita indifferentia sunt, hoc est, corripipi & produci possunt, ut amo, scribo, docendo.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur primo Monosyllaba, ut do, sto, pro.

Secundo: Datiui & Ablatiui in O, ut Magistro, templo, quæ producuntur, sicut & Græca in ω, ut Echo, Sappho: præter Ego, quod quidam semper corripipi tradunt, sed reuera est indifferens.

Tertio corripipiuntur, Illico, modo, citò, Item duo, nescio, & scio, quæ o semper breue habent. **N**

Quæ est quinta?

V desinentia producuntur, ut fluctu, amatu, manu.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur Nominatiui, Accusatiui & Vocatiui Neutorum in V, qui corripipiuntur, vel, ut quibusdam placet sunt ancipites, id est, modo corripipi, modo produci possunt. Ut Genu, cornu. Exemplum. Nam pudor est menti,

C 4 sed

sed genu robur habet. (De gestu supplicantium, qui altera manu mentum, altera genu patroni apprehendebant.)

Sic cornu ultimam Nominatiui corripit, quod accentu constat ex cornicen.

Quæ est sexta Regula?

B finientia corripuntur, ut ab, ob, sub. Notantur hic peregrina, ut Iob, Iacob, que producenda quibusdam videntur.

Quæ est Septima?

C desinentia producuntur, ut Dic, Duc.

Quæ excipiuntur?

Primo excipiuntur, Nec, donec, Lac, hoc Nominatiui & Accusatiui casus, que corripuntur. Nam Hoc in Ablativo producitur.

Secundo, Fac, & hic Pronomen demonstratiuum que aliàs producta, aliàs correpta leguntur. Hic autem aduerbium semper est longum.

Quæ est Octaua?

D. finita corripuntur, ut ad, apud.

Quæ

Quæ est Nona?

Quæ finiunt L. corripuntur, ut mel, fel, tribunal, vigil.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur, pol, sol, nil, & Barbara in L, ut Michael, Daniel, quæ producuntur.

Quæ est Decima?

M finita corripuntur, ut militum, scamnum.

Quæ excipiuntur?

In quibus fit syncope, ut Nummum, pro nummorum. Ibi enim M. produci videtur, sed vocali sequente eliditur per Ecthlipsin.

Dic Undecimam?

N. finita producuntur, ut Titan, Hymen, Delphin, Quin.

Quæ excipiuntur?

Primò, forsan, attamen, an, & in, cum compositis, dein, exin, prain, proin, quæ brevia sunt.

Secundò, Neutra, & masculina latina in En, quæ per INIS declinantur, ut Nomen

C s nominis,

nominis, Carmen carminis, Gramen graminis, pecten pectinis.

Tertio: Nominatiui, Accusatiui, & Vocatiui Græci in O N per omicron, ut Iliou, σύμβολον.

Quarto: corripuntur quoque Accusatiui in I N, ut Alexin, Daphnin, & in AN, à Nominatiuis in A, ut Iphigenian, Musan, Nam à Nominatiuis in A S producuntur, ut Aenean, Borean.

Quæ est Duodecima?

R finita corripuntur, ut Imber, vir, calor.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur, far, lar, ver, cur, fur, & par, cum compositis, compar, impar, quæ producuntur.

Secundo: Cor commune est.

Tertio: in R longū, quæ à græcis in η descendunt, ut Aër, character, Aether. præter Pater & Mater, quæ ultimam semper corripunt.

Quæ est Decima tertia?

Quæ

Quæ finiunt A S, producuntur, ut Ciuitas, Musas.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur primò Nominatiui in A S, quorum Genitiuus in Dos desinit græcè, vel latinè in Dis, qui corripuntur, ut Pallas, Lampas, Arcas.

Secundo: Accusatiui græci in A S, eorum nominum, quæ per O S Genitiuum mittunt, ut Aonas, Rhetoras, Heroas.

Quæ est Decima quarta?

E S finita producuntur, ut Vulpes, fraudes, doces.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur primò Nomina in E S, quæ Genitiuis crescunt, ut Diues, Miles, Seges: præter Aries, paries, abies, ceres, fides, res, pes & spes, quæ producuntur.

Secundò: Nominatiui græci plurales in E S corripuntur, ut Arcades, Thraces, & E S à S V M. Cum compositis. Item, penes, Hippomanes, Cacoëthes, etiam corripuntur. E S verò ab Edo, differentiæ causa producitur.

Quæ

Quæ est Decima quinta?

Quæ finiunt IS, corripuntur, ut panis, ignis, paris.

Quæ excipiuntur?

Primò Dativi, & Ablativi plurales in IS, ut Dominis, Musis.

Secundò nomina in IS, quæ Genitiuis crescunt, & penultimam genitiui producunt, ut Lis litis.

Tertiò, Secunda personæ singulares in IS, quarta coniugationis, ut audis, dormis. Huc pertinet etiam Vis Nomen, & Verbum, Item Sis, velis, Malis & Nolis quæ producuntur.

Quartò, Secunda personæ singulares futuri subiunctiui modi, habent ultimam communem, ut dederis, audieris.

Quæ est Decima sexta?

OS finita producuntur, ut dos, honos, magistros.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur Os ossis, & græca in OS, per O, ut τέλος, λόγος, τέχνη, quæ corripuntur.

Quæ

Quæ est Decima septima?

Quæ finiunt VS corripuntur, ut Deus, Angelus.

Quæ excipiuntur

Primò: Genitiui singulares, Nominatiui, Accusatiui & Vocatiui plurales, quartæ declinationis, ut fructus.

Secundò: Nominatiui in VS, quæ Genitiuis crescunt, penultimamq; genitiui producunt, ut virtus virtutis, tellus telluris.

Tertiò: producuntur quoq; in VS monosyllaba, ut Ius, thus, plus, mus, crus & sus.

Quartò: græca in VS etiam producuntur, ut Sapphus, quia VS ibi diphthongus est, &c.

Quæ est Decima octaua seu
ultima Regula?

T finita corripuntur, ut caput.

Quæ excipiuntur?

Excipiuntur in quibus facta est Syncope, vel potius Synæresis, ut fumat pro fumauit, & obiit dissyllabum pro obiuit.

DE

DE PEDIBVS METRICIS.

Quid est Pes?

Est certa, & metrica syllabarum constitutio.

Vnde dicti sunt Pedes?

Pedes dicti sunt, quia quemadmodum pedibus ingredimur, ita versus quibusdam quasi pedibus metimur.

Quot sunt Pedes?

Duodecim precipui. Quatuor dissyllabi. 1. Pyrrichius duabus breuibus constans, ut puer etc. Obseruandū autem est, longam syllabam notari recta linea – breuem vero curua v.

2. Spondeus – –. 3. Trocheus – v. 4. Iambus v –.

Sex trisyllabi.

1. Dactylus – vv. 2. Anapestus vv –. 3. Tribrachis. vvv. 4. Molossus – – –. 5. Amphibrachys v – v. 6. Amphimacer – v –.

Duo tetrasyllabi qui sunt ex dissyllabis compositi.

1. Pro-

DE PROSODIA. 31

1. Proceleusmaticus VVVV.

2. Choriambus -VV-. constans ex
Choreo id est, Trocheo & Iambo.

DE VERSIBVS.

Quid est Versus?

Versus est legitima pedum compositio.

Quæ sunt præcipua vitia in
versu componendo
vitanda ?

*Vt rectè carmina conficere discas, no-
uem tibi vitia sunt diligenter vitanda,
ea quò facilius memorie mandes, his no-
uem inclusa versibus habes.*

*Sermonis vitium fuge : dictio ne qua re-
dundet,*

Aut desit: rectus seruetur in omnib. ordo:

Ne sis obscurus : ne produc corripienda,

Vel contra : Si vox vocali desinit, aut M,

Subdere vocalem sine perditione prioris

Nolito : Versus omni sint parte Canori:

Carmi-

*Carmine in exiguo ne ponito plura licenter.
Optima quæq; tibi proponere imitanda fauebit
Pulcher Apollo tibi, fundent sua dona Camœnae.*

X *Quæ sunt genera versuum vſi-
tatilsima quibus discentes
exerceri sensim con-
uenit?*

Hæc decem ferè.

Adonicum.

Archilochium.

Partheniacum.

Hexametrum.

Pentametrum.

Sapphicum.

Phalætium.

Iambicum.

Asclepiadeum seu Choriambicum.

Glyconicum.

Quid est versus Adonicus?

*Est qui constat Dactylo & spondeo vel
trocheo, ut:*

Regia cœli.

Parta beatis.

Vindice Christo,

Quid

Quid est Archilochius?

Est qui constat duobus dactylis, & syllaba, ideo dactylicus, dimeter, Hypercatalecticus dicitur, ut:

Sola fides miseris
 Cœlica regna parit.
 Sola fides hominem
 Iustificare potest.

Quid est Metrum Partheniacum?

Est quod tribus pedibus, seu dimensionibus mensuratur. Primis enim duobus locis recipit Anapestum vel Spondeum, tertio autem Anapestum & syllabam. Hinc Anapesticum, Trimeter, Hypercatalecticum cognominatur.

Da Exemplum?

UU-VU -UU - -
 Orientia sydera cœlo
 Simili non fulgida luce,
 Stringunt oculos animosq;
 Hominum, quam verba salutis
 Christo auspice, sparsa per orbem,
 Nec vi peritura, nec astu.

Quis est vsus huius exercitiij?

D Vt

Vt videas usum huius exercitiij, in breuioribus his versiculis, coniūge Dactylicum cum Partheniaco, & habebis Carmen Hexametrum, ut:

Sola fides miseris, Christo auspice, sparsa per orbem,

Coelica regna parit, nec vi peritura, nec astu.

Rursus duobus Dactylicis coniunctis exhibit versus Pentameter, ut:

*Sola fides miseris coelica regna parit,
Sola fides homines iustificare potest.*

Vbi ergo diligenter fueris his exercitatus, in promptu tibi versus erunt, tum Hexametri tum Pentametri.

DE HEXAMETRO SEU Heroico Carmine.

Quid est Hexametrum seu Heroicum?

Quod sex metris, hoc est dimensionibus seu pedibus mensuratur.

Vnde dicitur Heroicum?

Ab eo, quod hoc metri genere Heroum, & praeclarorum virorum virtutes ac facta

*facta potissimum describuntur. Teste Ho-
ratio in arte Poetica.*

*Res gestæ, Regumq; Ducumq; et tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.*

Quos ergo pedes recipit?

*In prioribus quatuor dimensionibus
promiscuè vel Spondeum recipit vel Da-
ctylum. In quinta solum Dactylum regu-
lariter: Nam si Spondeum, versus erit
spondaicus, solis artificibus concessus. In
sexta Spondeum, vel Trocheum propter
ultimam syllabam in quouis versu indif-
ferentem: iuxta versum,*

**Ultima cuiusq; est communis
syllaba versus.**

Da Exemplum?

*Optima quæq; dies miseris mortalibus ævi,
Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus
Et labor, et duræ rapit inclementia mortis.*

**Quot sunt præcipuæ Regulæ
obseruandæ in hoc
metro?**

*Novem ferè: sed præmittatur his do-
ctrina de Cæsuris.*

D 2

Quid

Quid est Cæsura?

Cæsura est certa quedam pedum in medio versus intersectio, ita ut pars eorum ad precedentem, pars ad sequentem dictionem referatur.

Quot sunt eius species?

ἡμισπεντήμιμος Quinq;: *ἡμισπεντήμιμος* Hemipentemimeres, Pentemimeres, *ἑπτεμήμιμος* Heptemimeres, Trochaica ternubus, *ἐπιπέδιος* Epitria & Bucolica.

ἡμισπεντήμιμος Quid est Hemipentemimeres?

Quando post primum pedem remanet syllaba partem orationis finiens, ut:

- - | -

Formosum.

ἡμισπεντήμιμος

Quid est Pentemimeres?

Quando post duos pedes simplices syllaba una restat, que partem orationis finit, F

ἡμισπεντήμιμος ut: Formosum pastor.

Quare vocatur Pentemimeres?

Eò quod duo pedes, & semis diuisi quinq; partes, seu tempora reddant.

Quid

Septemimera
 Quid est Heptemimeres?

Quando post tres simplices pedes re- et ita dicitur a
 linquitur syllaba, quae dictionem finit, ut septem dimi-

- - | - - | - u u | -
 Formosum Pastor Corydon.

diatis pedibus

Vnde sic appellatur?

Eadem ratione a septem partibus di-
 visorum, seu dimidiatorum pedum.

Quid est Trochaica
 tertia?

Quando post duos pedes duae syllabae
 restant, quae dictionem absoluunt, quarum
 altera longa, altera brevis sit, hoc est, quae
 trochaicum reddunt, ut:

- - | - u u | - u
 Formosam resonare

Potest Trochaicus talis etiam in ceteros
 pedes, primum nimirum, secundum,
 quartum & quintum incidere, sed qui in
 tertium incidit pedem, κατ' ἐξοχῆν inter
 cesuras numeratur, quia singularem praeter
 ceteris habet gratiam.

Quid est Bucolica?

Quando versus cum quarto pede di-

D 3 Etionem

*tionem claudit, ut: Dic mihi Dāmeta
cuium pecus?*

*Cum igitur nouem sint Regula, ut in-
quis, in Hexametro versu obseruanda:*

Quænam est prima Regula?

*Optima pedum dispositio est in versu
Hexametro, si crebras habeat cæsuras, ut:
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*

*Quia autem id ubiq; seruari nequit,
danda est opera, ut quantum fieri potest,
post duos saltem pedes syllaba remaneat,
quæ cæsura Pentemimeres dicitur, & o-
mnium vsitatissima est. Tres verò vlti-
mos pedes, si dictiones singule singulos
claudant, sæpè non parum venustatis car-
mini accedit, ut:*

*Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus, tu Tytire lentus in umbra.*

Quæ est secunda?

*Vitiosum est, si versus incipit à colli-
sione, maximè in dictione monosyllabica,
ut: Qui ex te &c.*

Tum ex alijs, &c.

Quæ

Quæ est tertia?

Id venustatem addit carmini vel maximam, si adiectiua, seu Epitheta substantiuus rite fuerint preposita, ita tamen ut aliquid intercedat, ut:

Mollia securæ peragebant ocia gentes.

Quæ est quarta?

Versus Hexameter aptissimè in dictionem dissyllabam, vel trisyllabam desinit, modo ne in eius fine dua dissyllabæ dictiones concurrant. Minus aptè desinit in tetrasyllabam, pentasyllabam, aut etiam monosyllabam, nisi sit animalis nomen, ut:

Procumbit humi bos:

Aut Coniunctio enclitica: aut nisi altera monosyllaba precedat, ut:

Mausuri oppidulo quod versu dicere non est.

Quæ est quinta?

Versus, quorum media cum fine, syllabarum æqualitate, vel consonantia quadrant, quos Leoninos vocant, etsi leguntur interdum apud probatos Poëtas: tamen si crebrius repetantur, ineptum habebitur, ut:

I nunc, & verbis virtutem illude superbis.

Vir precor uxori, frater succurre sorori.

D 4

Quæ

Quæ est Sexta?

In electione Epithetorum diligenter hæc cura adhibeatur, ut ipsa conueniant rebus, ut: deforme cadauer.

Quæ est Septima?

Verba ne sint sordida, obsoleta, prisca, dura, inusitata, sed elegantia, latina, pura, ex optimisq; autoribus petita.

Quæ est Octaua?

In Heroico Carmine interdum duo aut tres, aut ad summum quatuor versus uno contextu seu structura orationis connectendi sunt, ne singuli semper versus sententiam absoluant.

Quæ est Nona?

Maiestatem Carmini Heroico addunt & figura, tam dictionis, quam orationis, seu sententiæ, ut sunt: Anadiplosis, (quæ est reduplicatio, cum scilicet ultima prioris versus dictio in sequentis principio iteratur, ut Virg. 10. Eclog.

Vos hæc facietis maxima Gallo,

Gallo cuius amor &c.)

Epanalepsis, cum eadem dictio versum inchoat & claudit, ut in 1. Aen.

Multa

Multa super Priamo rogitās, super Hectore multa.

Item Iuuenalis:

Crescit amor nummi, quantiū ipsa pecunia crescit.

Anaphora, quæ idem vocabulum in principio plurimorum versuum repetit, ut Aeneid. I.

Nate meæ vires, mea magna potentia solus,

Nate, patris summi qui tela Typhoea temnis.

Et reliquæ figuræ, quæ commodo in loco adhibitæ, quasi stellulæ in Carmine lucent.

DE PENTAMETRI

carminis constitutione.

Quid est Carmen Pentametrum?

Pentametrum est, quod quinq; dimensionibus seu pedibus mensuratur: à πέντε id est, quinq;, & μέτρον, quod significat mensuram.

Quos ergo pedes habet?

Diuiditur in duo Hemistichia, quorum utrunq; duobus constat pedibus & semipede. Prius in utraq; dimensione recipit promiscuè vel Spondeum vel Daçty-

D S lum,

immediatè

lum, remanente syllaba longa, quae dictionem claudere debet. Alterum duobus constat Dactylis, similiter cum una syllaba superflua, quae cum superiori collecta quinta regionis pedem absoluit, ut:

Morte tua est miseris reddita Christe salus.

Quot iraduntur Regulæ de hoc
Carminè obseruandæ?

Tres præcipuæ.

Quæ est Prima?

Pentameter versus nunquam solus ponitur, sed semper subiungitur Hexametro. Quod genus metri Elegiacum appellatur, eò quod eius usus initio erat in querimonijs, amoribus & rebus tristibus describendis. Ἐλεγεία enim Carmen lugubre significat, sed postea quamlibet ad materiam adhiberi cepit, teste Horatio in arte Poëtica:

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Vnde factum est, ut Carminè
Elegiaco nihil sit frequentius.

Quæ

Quæ est Secunda?

Pentameter versus desinit eleganter
in dissyllabam dictionem, nec inepte in te-
trasyllabam, Pentasyllabamue. Trisyllaba
prorsus reprehenditur, sicut etiam mono-
syllaba: quæ tamen locum habet, si vel eli-
datur, ut:

Nomina mutarunt: hic Deus, illa Dea est.

Vel si altera monosyllaba præcedat, ut Ovi:

Præmia si studio consequar ista, sat est.

Reprehenduntur etiam in fine pluralia
neutra in A.

Quæ est Tertia?

In Carmine Elegiaco vel singula, vel
ad summum bina disticha, (quod tamen
varius fieri debet) sententiam absoluant,
id quod diligenter observandum est.

DE CARMINE

SAPPHICO.

Quid est Carmen Sapphicum?

Sapphicum Carmen, quod à syllabarum
numero Hendecasyllabum, à quinque vero
pedibus, quibus constat, πεντέμετρον,
dicitur

dicitur, in prima regione Trochæum, in secunda Spondeum, in tertia Dactylum, in quarta rursus Trochæum, in quinta Trochæum vel Spondeum recipit.

Vnde nomen habet?

A Sappho puella Lesbica, quæ inuenisse, & multa quoque de amore, hoc genere Carminis scripsisse fertur, teste Ouid: in secundo Tristium:

Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas.

Quot sunt obseruationes de hoc genere Carminis?

Quinq; præcipue.

Quæ est prima?

Apta, concinna, & elegans compositio est sapphici versus, si Pentemimerem recipit, id est, quoties post duos pedes absolutos una remanet syllaba, finiens partem orationis.

Quæ est Secunda?

Si prima dictio fuerit monosyllaba, videndum est, ut duæ dissyllabæ, vel certè una tetrasyllaba (trissyllaba non item) subiungatur: idque propter casuram Pentemimerem.

Quæ

Quæ est Tertia?

*Id etiam requirit Sapphicum carmen,
ut tribus huius generis versiculis coniun-
ctis, in quarto ordine subiiciatur Adoni-
cus sententiam terminans.*

Quæ est quarta?

*Adonicus sit duarum dictionum,
quarum prior tres, altera verò duas habeat
syllabas, vel è conuerso. Si unica tantum
dictione constat, reijcitur.*

Quæ est quinta?

*Hoc etiam elegans & suaue fuerit, si
Adonicus versus, qui tribus Sapphici
subiungitur, ex substantiuis constet, quo-
rum adiectiua seu Epitheta in preceden-
tibus sint posita.*

Da Exemplum Carminis
Sapphici Adonici?

*Horatius ad Fuscum Aristium Car-
minum lib. 1. Ode 22. ubiq; tutam esse in-
nocentiam:*

*Integer vitæ, scelerisq; purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis,
Fusce Pharetra.*

Sine

46 DE PROSODIA.

Siue per Syrtes iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasam vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Namq; me sylua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & ultra
Terminum curis vagor expeditus
Fugit inermem.

Quale portentum neq; militaris
Daunia in latis alit Fesculetis,
Nec Iubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.

Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiuæ recreatur aura,
Quod latus mundi nebulae, malusq;
Iuppiter vrget.

Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata,
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

DE CARMINE PHA-
LÆCIO.

Vnde hoc Carmen nomen
habet?

Ab Inuentore Phalaco, qui Cereri hoc
metro hymnos cantasse dicitur. Vnde col-
ligi potest, usum huius carminis primum
in sa-

in sacris fuisse, postea verò etiam ad res ludicras transferri cepit, vocatur aliàs (ut & de Sapphico dictum est) Hendecasyllabum à numero syllabarum. Item Pentametrum, à quinq; regionibus seu locis.

Quæ est eius constitutio?

In prima regione spondeum, in secunda Dactylum, in tertia & quarta Trocheum, in quinta Spondeum vel Trocheum recipit.

Quæ Regulæ hîc sunt observandæ?

Hæ Dæ.

Quæ est Prima?

Vt in Carmine Sapphico: ita etiam in Phalacio Pentemimeres laudatur: Quæ si non semper observari potest, detur opera, ut secundus pes, qui est Dactylus, dictionem finiat.

Quæ est Secunda?

Cauendum est, quantum fieri potest, ne in prima regione Iambus, vel Trocheus ponatur, quod tamen à quibusdam factitatum videmus.

Da

Da Exemplum Carminis
Phalæcij ?

Martialis summam Epicuri beatitudinem describens in quodam Epigrammate, his verbis seipsum alloquitur :

Vitam quæ faciunt beatiolem,
Iucundissime Martialis, hæc sunt :
Res non parta labore, sed relicta.
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, sine arte mensa,
Nox non ebria, sed soluta curis.
Non tristis torus, attamen pudicus,
Somnus, qui faciat breues tenebras.
Quod sis esse velis, nihilq; malis.
Summum nec metuas diem, nec optes.

Hæc Martialis.

*Sed nos opponamus Epicuri dilirio
Carmen Stigelij, qui Poëtarum nostri se-
culi facile Princeps, Martialem sic re-
prehendit :*

Vitam quæ faciunt beatiolem,
Nugacissime Martialis, hæc sunt :
Delicti agnitio, pauorq; cordis,

Erroris

Erroris dolor, alta penitudo,
 Sola & saluifica fides salutis.
 Nam quicumq; fide nutante nusquam
 Apprehendit penitus, quod ipse Christus
 Humanam induerit Deus figuram,
 Et nobis miserisq; perditisq;
 Mortis supplicioq; destinatis,
 Æternam reparauerit salutem,
 Exercetq; fidem, piosq; fructus
 Adfert in medium, suæq; vitæ
 Inuitat pietate molliores:
 Ille inter meruit beatiore
 Heroas statui, fruiq; cælo.
 Sunt hæc Barbara verba, forsân inquis,
 Nec sic sunt soliti loqui Quirites:
 Vitam quæ faciunt beatiorem,
 Nugacissime Martialis, hæc sunt.

DE IAMBICO CAR-
MINE.

Quid est Carmen Iam-
bicum?

Quod pedem principaliter habet Iam-
bum, quem in omnibus regionibus ad-
mittit, vt Horatius:

Beatus ille, qui procul negotijs
Remotus est ab omnibus &c.

E

Vnde

Vnde nomen habet?

*Ἰαμβίζεω, quod est ὀβριζέω, id est, conuitiari seu insectari. Ἰάπτω enim significat conuicijs peto. Nam olim hoc genus Carminis ad conuiciandum magna ex parte fuit adhibitum. Vocatur aliàs Archilochicum ab Archilocho, siue autore, siue potius celebratore huius Carminis, qui tanta acerbitate fuisse dicitur, Vt ad laqueum adegerit Lycamben, teste Ouid: *Imcta Lycambæo sanguine tela madent. Quem & Lacedæmonij ob lingue dicacitatem vrbe eiecerunt.**

Quomodo diuiditur?

In Iambicum Δίμετρον, & Iambicum Τείμετρον.

Quid est Iambicum

Δίμετρον?

Δίμετρον est, quod quatuor constat pedibus, seu locis, siue duab. dipodijs integris, vt: Veni Redemptor gentium. Veni creator Spiritus.

Quæ est eius constitutio?

*Iambicum Δίμετρον recipit in locis
impa-*

imparibus, hoc est, primo, & tertio unum
 è quinq; pedibus, Iambum videlicet, Tri-
 brachyn, Spondeum, Dactylum aut Anapa-
 stum. In paribus verò, hoc est, in secundo,
 & quarto Iambum tantum, nisi quod in
 quarto potest esse Pyrrichius, propter ulti-
 mam semper indifferentem.

Quare vocatur Δίπετρον?

Eò, quod propter celeritatem duo pedes
 numerantur pro uno. Iambica enim per
 dipodiam, hoc est, binis pedibus simplici-
 bus coniunctis, scanduntur. Quò plures
 autem Iambos habuerit hoc Carmen, eò
 est venustius.

Quid est Iambicum Τρίμετρον?

Quod constat dipodijs tribus integris,
 unde & trimetrum vocatur, sicut senari-
 um alio nomine, à numero pedum dicitur,
 eò quod sex pedibus simplicibus constat.

Quæ est eius constitutio?

Iambicum Trimetrum est duorum ge-
 nerum, alterum rectum à Comicis seu
 integrum vocatur, quod in locis impa-
 ribus, videlicet primo, tertio &

E 2 quinto

quinto hos pedes admittit : Iambum, Tribrachyn, Spondeum, Dactylum & Anapestum : In paribus verò, hoc est, secundo, quarto, & sexto, propriissime Iambum, interdum etiam Tribrachyn, rarius Anapestum. Verum etiam hoc, quò pluribus Iambis constat, eò venustius habetur, ut :
Beatus ille, qui procul negotijs.

Sic : Obsequium amicos, veritas odium parit.

Et : Bono probari malo, quam multis malis.

Alterum genus delumbe, & claudum, aliàs σκάζον dicitur. Hoc iisdem constat pedibus, nisi quod in quinta sede Iambus semper est, & in sexta Spondeus, ut :

Nec fonte labra prolui Caballino.

Videndum autem est, quoad eius fieri potest, ut ad minimum in paribus locis Iambus ponatur. σκάζον enim Carminis genus tyronibus non est concessum.

DE CHORIAMBICO.

Quid est Carmen Choriambicum ?

Choriambicum à pede Choriambo, aliàs Asclepiadeum ab autore seu celebratore Poëta, nomen habet, constatq; regionibus

nibus, seu pedibus quatuor: Spondeo, gemino Choriambo & Iambo vel Pyrrichio.

DE GLYCONICO.

Quid est Carmen Glyconicum?

Glyconicum vicinum est Asclepiadeo, sed tribus tantum pedibus constat, Spondeo nimirum, Choriambo, & Iambo siue Pyrrichio.

Da Exemplum horum Carminum?

Exempli loco sit nobis carmen Horatianum *ἄσπερ πηλὸν* ad nauem, ut Virgilium incolumen Athenas deuehat, & reuehat, in quo prior versus semper est Glyconicus, sequens verò Asclepiadeus seu Choriambicus.

Sic te diua potens Cypri,
 Sic fratres Helena, lucida sydera,
 Ventorumq; regat pater,
 Obstrictis alijs, praeter Iapyga,
 Nauis, quae tibi creditum
 Debes Virgiliam finibus Atticis,
 Reddas incolumem, precor,
 Et serues animae dimidium meae.

E 3 illi

Illi robur, & æs triplex
 Circa pectus erat, qui fragilem truci
 Commisit Pelago ratem
 Primus, nec timuit præcipitem Africum
 Decertantem aquilonibus,
 Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti,
 Quo non arbiter Adriæ
 Maior, tollere seu ponere vult freta.
 Quem mortis timuit gradum,
 Qui siccis oculis monstra natantia,
 Qui vidit mare turgidum, &
 Infames scopulos Acroceraunia?
 Nequidquam Deus abscidit
 Prudens Oceano dissociabili
 Terras, si tamen impiæ
 Non tangenda rates transiliunt vada.
 Audax omnia perpeti
 Gens humana ruit per vetitum nefas.
 Audax Iapeti genus
 Ignem fraude mala gentibus intulit,
 Post ignem ætherea domo
 Subductum, macies, & noua febrium
 Terris incubuit cohors.
 Semotiꝫ; prius tarda necessitas
 Lethi corripuit gradum.
 Expertus vacuum Dædalus æræ
 Pennis non homini datis,
 Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Nil mortalibus arduum est,
 Cælum ipsum petimus stulticia, neq;
 Per nostrum patimur scelus
 Iracunda Iouem ponere fulmina.

DE SCANSIONE.

Quid est Scansio?

Scansio est metiri versum, & enume-
 rare pedes: seu scansio est mensuratio ver-
 sus per enumerationem pedum.

Quotuplex est Scansio?

Duplex. Metrorum enim alia per Mo-
 νοποδία, alia per Διποδία scandantur.

Quomodo per Μονοποδία?

Singulis pedibus simplicibus in singu-
 las dimensiones computatis.

Quomodo per Διποδία?

Cum bini pedes simplices pro una di-
 mensione accipiuntur, ut in Iambicis di-
 metris & trimetris videre est, ubi pro-
 pter pedum velocitatem συζυγία sunt,
 seu διποδία, hoc est, duorum pedum sim-
 plicium combinationes, ex quibus pedes
 compositi, de quibus suo loco dictum est,
 nascuntur.

Quot figuræ accidunt
scansioni?

Scansioni accidunt pleraq; schemata
pronunciationis, quorum vsitate quatuor-
decim numerantur, eorumq; officia his
vndecim versiculis sunt comprehensa à
Mancinello & Aldo:

Ἡράδεις arponit caput id, quod ἀφάρε-
σις aufert.

Syncopa de medio tollit, quod ἐπένησις au-
get.

Ἀποκοπή finem tollit, quem dat παραγωγή.
Corripit, ut steterunt, ducendam Systola
vocem.

Ἐκτασις Italiam producit corripendam.
Syllaba de binis facta extat Ἐπισυναλοιφή.
Dicitur in binas partire Διαίρεσις unam.
Μ. necat Ἐκθλιψις, vocalem aufert Συ-
ναλοιφή.

Ἀντίθεσις novis, aut Ἀντίσειχον haberi,
Occupet alterius sociam si litera sedem.
Ordo Μετάθεσις est mutatus literularum.

Licetne cuilibet his figu-
ris vti?

Vt

*Vt in prosa non facile licet, ita plerisque
nec in ligata oratione extra iusti carmi-
nis poema uti conceditur: Nam, ut Ho-
ratius inquit:*

Tantum opere in magno fas est obrepere somnum.

*Sciantque iuniores in uniuersum, non
rectius se ad elegantiam carminis per-
uenturos, nisi strictè ad regulas alligati,
omnem sibi licentiam Poeticam, ad quam
nimis citò confugiunt, interdiciam pu-
tent.*

**Suntne etiam Genera Versuum
suum imperfecta?**

*Sunt: & quidem ferè triplicia: Sunt
enim versus πρῶκέφαλοι seu μακροκέ-
φαλοι, Sunt λαγαροί, sunt & ὑπέρμετροι.*

**Quid est Versus
πρῶκέφαλος?**

*Πρῶκέφαλος seu μακροκέφαλος
est, qui abundat à principio syllaba, quam
cum sine precedentis, vel per Sinalæphen,
vel per ἐκθλιψιν connectit, ut Horat:*

*Labitur ripa, Ioue non probante,
Vxorius annis.*

E s Huius-

Huiusmodi versibus opponuntur ἀκέφαλοι, quibus in principio deest syllaba.

Quid est versus Hypermeter?

*Qui syllabam aliquam in fine supra iustum dimensionum numerum habet, eamq; cum sequentis versus principio similiter, vel per Synalaphen, vel per ἐκθλιψιν connectit, ut Virg. 4. Aeneid:
Omnia longæuo similis vocemq; coloremq;
Et crines albos, &c.*

Quid est Versus Λάραρος?

*Cum in medio versus pedum constitutio languet, & huc referri possunt neglectæ vocalium elisiones, cuius rei passim exempla occurrunt, ut Virg: 3. Ecloga:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*

Item 1. Aeneid:

Posthabita coluisse Samo: hinc illius arma &c.

Sed nec huiusmodi versuum genera Tyronibus imitari licet.

Atq;

Atq; hîc nostrorû Præceptorû de Prosodia latina finis esto: Cum quibus hortator, et autor sum adolescentibus, ut probatorû Poëtarum, maximè Virgilij lectionem, & diligentem scribendi versus exercitationem ipsi coniungant. Sic .n. ad præcepta exemplis & usu accedentibus, breui temporis spacio, se opera precium non contemnendum fecisse sentient.

F I N I S.

63

SEQUITVR
EPITOME
GRÆCÆ
Profodiæ.

PRÆ

61

PRÆFATIO IN
EPITOMEN PRO-
sodia Græcæ.

PROsodia est, quæ docet ac-
centus syllabarum. Etsi au-
tem multi hanc partem Gram-
matices vel omninò negligunt,
vel admodum certè tractant fri-
gidè, dum hunc errorem opini-
onis, vndecunq; sanè arreptum
secum circumferunt, non esse ni-
si poëtis, quibus ipsi minus sint
operam daturi, necessariam: ta-
men res ipsa testatur, ne quidem
inter mediocriter eruditos lo-
cum eos habere posse, qui rudes
in hac doctrina reperiantur.
Nam & accentuum rationem *Necessitas.*
non exactè norunt, & in pro-
nunciando sæpè turpiter vel
hallucinari, vel vt mus in pice
(quod

*Vtilitas.**Suauitas.**Expolitio
fructuum.**Suauitatis.*

(quod aiunt) hæsitare incipiunt :
 & cum Poësin aspernentur , ad
 solidam verborum, figurarumq̃
 copiam, ac quandam etiam ora-
 tionis sublimitatem nunq̃ per-
 ueniunt. Et propterea præci-
 pua studiorum suauitate, quam
 ex carmine percipimus, destitu-
 untur. Solis enim à Poëtis, teste
 Quintiliano, (lib. 10. cap. 1.) & in
 rebus spiritus, & in verbis subli-
 mitas, & in affectibus motus o-
 mnis, & in personis decor, atq̃
 adeò summi styli suauitas peti-
 tur. Quod si non hic tantus fru-
 ctus ostenderetur, & si ex his stu-
 dijs delectatio sola peteretur : ta-
 men nemo est liberali ingenio
 præditus, qui sanam Poësin non
 humanissimam, atque cognitio-
 ne dignissimam iudicet. Quid
 enim bonæ menti potest esse
 iucun-

iucundius, quàm si res magnas elegantissimis numeris descriptas, atque orationis quasi legibus astrictas legit, & iudicare saltem de versu, si minùs imitando maiestatem carminis assequi potest? Quibus de causis omnibus, vt reliquæ Grammaticæ partes: Sic in vtraq; lingua Profodiæ præcepta quàm commendatissima pueris esse debent. Simulq; à primis statim annis assuefaciendi sunt, vt ex Poëtarum scriptis initium facientes, ipsi quoq; eodem scribendi genere sese exercent. Per multas enim habet vtilitates consuetudo scribendi carmen. Neq; potest fieri, vt hac exercitatione ligatæ orationis omissa, tolerabiliter vel ipsam profam scribamus. Cuius quidem rei plures
fun

sunt causæ, quam vt hîc vel prolixè debeant, vel recitari breuiter possint. Qualicumq; igitur hæctenus latinæ Profodiæ epitome explicata : perceptis etiam vtcunq; græcæ Etymologiæ elementis : operæ precium facturus videor, si græca cum latinis coniungens, breuissimam rationem de græcorum accentibus, & quantitatibus cognoscendis indicem. Non quidem vt in pueris adhuc ieiunis, aut inanem assalam fastum, aut nescio cuius præclaræ eruditionis vanam persuasionem accendam, à quibus vitijis, tanquam à præcipua studiorum peste, vt sibi diligenter etiam, atq; etiam caueant, læpius moneo: sed quod huic doctrinæ, quæ tamen summè necessaria est, nisi ex triuialib. afferatur, in Academicis

Seneca:
Multi ad sapientiam peruenirent nisi dudum se peruenisse putarent.

ris adhuc ieiunis, aut inanem assalam fastum, aut nescio cuius præclaræ eruditionis vanam persuasionem accendam, à quibus vitijis, tanquam à præcipua studiorum peste, vt sibi diligenter etiam, atq; etiam caueant, læpius moneo: sed quod huic doctrinæ, quæ tamen summè necessaria est, nisi ex triuialib. afferatur, in Academicis

demijs rarissimè operam dari
 sciam. Vnde fit, vt pleriq; hæc
 præcepta, tanquam *ἄεργα* fasti-
 dant, & contemnant. Ars enim,
 iuxta commune prouerbium,
 non habet inimicum, nisi igno-
 rantem. Decet autem fidum
 præceptorem, nulla in re neces-
 saria discipulis deesse, sed dare
 operam, vt quàm minimo cum
 dispendio ad metam studijs
 propositam deducantur, quæ
 est, *γῶναι τὰ δεόντα, ἔρμηνεύσαι τῶντα.*
 Etsi verò res metrica, tanq; pars
 τῆς ἐργασίας τῆς δυνάμεως, in vtraq;
 lingua latissimè patet, & accura-
 ta cognitione digna est: tamen
 in his præceptis ad Tyronum
 nos captum accommodantes,
 obseruabimus illud Horatij:

Quicquid præcipies, esto breuis: vt cito d. cla
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

F

Ita

Ita tamen breuitati studebimus, ne quid vel superfluens temerè inculcasse, vel non necessarium omisisse videamur. Quod qui faciunt, illud audire coguntur: breuis esse laboro, obscurus fio. Tantum igitur ea sumus indicaturi, in quibus græci à latinis discrepant. Cumq̄ in grammaticis libellis literarū diuisio, quæ hîc repeti solet, satis superq̄ passim explicetur, etiam isto hîc labore supersedebimus. Id enim nobis & ad breuitatem erit aptius, & ad reliquas res prouidentius. Iccirco recta via ad rationem græcorum accentuum accedamus, quibus subiungetur cognitio quantitatum. Varietas autem versuum, & scansionis præcepta cum latinis magna ex parte coincidunt. Quare etiam in eo capite

capite nulla repetitione opus erit : nisi quod figuræ quædam græcæ scansionis peculiæres, acq̃ latinis nonnihil discrepantes occurrunt, quas in fine, epilogi loco, breuiter annotabimus.

DE PRÆCEPTORVM ORDINE.

Quot sunt huius epitomes
præcipua capita?

Tria. I. De Accentibus.

II. De Quantitatibus.

III. De Figuris quibusdã scansionis.

Reliqua .n. omnia congruunt cum latinis.

I. CAPVT DE AC- CENTIBVS SEV TONIS.

Quod est proprium obie-
ctum Prosodiæ?

*Prosodiæ obiectum est syllaba. Huic
accidunt tria præcipue : Spiritus, tempus,
& tonus seu tenor, id est, accentus, quæ
omnia in sequenti habes tabella.*

Quid est accentus seu tonus siue tenor ?

*Est nota pronuntiationis, qua syllaba efferendo vel attollitur vel deprimi-
tur. Omnis aut dictio unicū tantum accentum possidet proprium : sed si fuerit
polysyllaba, non monosyllaba, sæpè propter encliticas, assumit etiam alterum.*

Gravis

Quæ sunt singulorum accentuum propriæ sedes ?

Definitiones & singulorum sedes ostendit sequens tabula.

F 3

Accentus sunt tres	Acutus qui acuit & attollit pro- nunciando sylla- bam eamq; vel	Ultimam	} ut	θεός	} Diciturq; huiusmodi vocabu- lum.	ὀξύτωνον comp. ἀβοήθης
		Penultimā		amicus		πιεζότωνον καὶ
		Antepenultimam		φίλος		βαρύτωνον
				οἰγαμῖος		ωροπαροξύτωνον
				παμοι- λος		ε βαρύτωνον.



Gravis
pronun-
ciationē
deprimit
et aut

Omissus subintelligitur in
omnibus syllabis, quae non
habent, vel

Pingitur in ultimis syllabis
loco acuti. Idē; tantum in
contextu orationis, per
quē acui finalis non potest
ut πατήρ ἡμῶν. Nisi vi-
delicet vel

Acutum, ut Φιλοσοφία. Hic solum iota attollitur
acuto; reliquae syllabae omnes deprimuntur graui.

Circumflexum, ut in ποιεῖν prior syllaba graui de-
mittitur, posterior circumflexo producitur.

Enclitica sequatur, ut: ἀγαθός ἐστιν.

Dictiones
ponantur, aut

Sola extra ora-
tionis contextū
ut ἀνὴρ.

Ibi enim nun-
quam acutū con-
uertunt in gra-
uem. Sicut etiā


In fine senten-
tiae alicuius, ut:
ἀγαθός ἐστιν ἀ-
νὴρ.

tis interroga-
tiuū perpetuō
acuitur ad dif-
ferentiam tis
indefiniti, quod


numeratur inter encliticas.

Cir-


Circumflexus
ex utroq; cōpo-
situs [^] attollit
simul ac depri-
mit, vel potius
ardat syllabam
vel



ut



quod no-
minatur
vocalū



ἀπορροαῶν contraho, inde ἔτι nos Germani

Antepenultima ve-
ro propria est toni
acuti. Ad eam igitur
circumflexus nun-
quā peruenit. Nam
οἶκονδε, οἶκαδε,
domum, τοῖονδε,
talis & c. simplicia
vocabula non sunt
sed aliudē profecta,
in quibus ultime
syllabæ sunt adie-
ctiones tantū sylla-
bicae seu parago-
gicae.

Die



Dic Regulas scribendorum accentuum ?

Accentuum ratio græce lingue studiosis non parum facessit negocij, & sæpè in hac parte hallucinantur, qui se aliquid profecisse putant. Diligenter igitur obseruentur regulae, quæ de accentibus traduntur. Earum etsi penè infinitus est numerus: tamen hic precipuas tantum annotabimus.

Quæ est prima ?

Omnis accentuum ratio ex ultimæ syllabæ quantitate apud græcos dependet. Ultima igitur breui dictionis hyperdissyllabæ, acutus semper est in antepenultima, ut: ἀνδρῶν. Nisi tamen in sequentem regulam dictionis incidat. Longa verò ultima, retrocedit in penultimam, ut ἀνδρῶν. Exceptis Atticis, in quibus accentus manet in antepenultima, licet ultima sit longa, ut: μενέλαος.

Quæ est Secunda ?

Penultima longa natura, ante ultimam breuem, vel positione longam: si tonum

num habet, semper circumflectitur, ut: δῆμ[Ⓞ], ἦλθον, ἦρχον, αὐλαξ[Ⓞ] sulcus. Item μάλλον, cuius tamen positivus μάλα penultimam corrigit, ut: σείχε δίκης ἄσπον[Ⓞ] μάλα τι κακὸν ἀνδράσιν ὑβρις. At ὡσε, ὡσως, εἰως, καίως & similia paroxytona simplicia non sunt, sed ex syllabificis dictionibus composita. Dicitur autem natura longa syllaba constans ex diphthongo vel vocali longa.

Quæ est Tertia?

Si penultima brevis, aut positione, non natura, longa, accentu notanda fuerit, acuetur, quantacumq; etiam ultima sequente, ut: ἄρχε incipe, λόγ[Ⓞ], ἄρχων, ἔρως. Idem fit in penultima natura longa ante ultimam eadem ratione longam, ut: ἦρως.

Quæ est quarta?

Diphthongi finales αι, & οι, in accentibus habentur breves, ut: μέσσαι, ἀνδρωποι. Excipe adverbium οἶκοι domi: (nam οἶκοι plurale est ab οἶν[Ⓞ].) Et tertiam singularem indefiniti primi optativi activi, ut: F S ποιήσαι.

ποιήσαι, utinam fecisset, ne concurrat cum infinitivo eiusdem temporis αἰτιοποιήσαι, fecisse. In quo ponitur accentus iuxta hanc & secundam regulam. At ποιήσαι fac, Imperatiuus aoristi primi medi, fit iuxta primam.

Quæ est quinta?

~~Contractio ex acuto & graui~~ semper circumflectitur, tam in monosyllabis, quam in polysyllabis, ut: παῖς, παις, κέαρ, κῆρ, βοῶω, βοῶ, βοάεται, βοᾶται. Excipe dualia in ω, que semper acuantur, etiam post contractionem, ut: τὸ νόω, νῶ, ἀ νόω, mens, Et νῶι, νῶ, ab ἐγώ. Item accusatiuos contractos singulares, nominum in ῶ acutum, quartæ contractorum, ut τὸ λητῶ, λητῶ. Vbi eundem retinet accentum Accusatiuus contractus cum nominatiuo ἢ λητῶ, τὸ λητῶ. Iuxta regulam generalem: Omnis casus easdem habens literas cum alio casu eiusdem numeri, & idiomatis non diuersi: eundem etiam accentum habere debet, ut ἡ μέσσα, ῶ μέσσα. Sic ἡ λητῶ, τὸ λητῶ, τῆ λητοῖ, ῶ λητοῖ. Sed nominum
in

in $\acute{\omega}$ s accusatiuus circumflectitur, ut: ἡ
αἰδώς, τῷ αἰδῶα, αἰδῶ. Quia eundem so-
num, seu literaturam cum nominatiuo
non habet.

Quæ est sexta?

Ex contractione grauis & acuti, fit a-
cutus, nunquam circumflexus, ut ἐσαῶς,
ἐσῶς, non ἐσῶς

Quæ est septima?

~~Syllaba, que non cadit in contractio-~~
nem, seruat tonum eodem in loco, in quo
ante contractionem fuit, ut: δημοδένεος,
δημοδένης, ποίεε, ποίει. Excipe χεῦσε-
⊙, quod facit χευσῆς, & δρυρε⊙, δρυ-
ρῆς, χάλκε⊙, χαλκῆς.

Quæ est octaua?

Omnia monosyllaba, siue breuis, siue lon-
ga, si non sit contracta, acuitur: si con-
tracta, circumflectitur, ut νῆς, ἄ νόος, Φῶς,
ἄ Φά⊙. Huc pertinent etiam μῶς, id est,
mus, πῶρ, ignis. Item ὁ πᾶς, τὸ πᾶν, & id
genus alia, quæ usu addiscenda sunt.

Quæ est nona?

Si ultima vocalis tono acuto signata,
in nominibus auferatur per apostrophum
trans=

transfertur acutus in penultimam, ut: *δεωά, δέω' ἐπιπέλει*, id est, grauius verba sunt. Acutus in *ά* secedit in *εί*, & δέω' pro *δεωά* dicitur. In alijs autem orationis partibus semper abijcitur tonus una cum ipsa vocali seu diphthongo, ut: *κατὰ, κατ' ἐμᾶ* id est, contra me.

Quæ est Decima?

Omnis diphthongus ex *υ* nudè finalis, si suscipiat tonum, circumflectitur, ut: *εὐ, Θεῦ, ἔδαμᾶ* &c. Excipe *ιδᾶ, ecce*, & *ἰς, heu, ὀξύτονα*. Nam *ιδᾶ* *ᾤσιπώριον*, id est, vide, imperatiuus est Aoristi β. medijs, ab *εἶδω* video: Et *ἰς* genitiuus ab *ἰός*, venenum, vel ab adiectiuo *ἰός, ἰός, ἰόν*, unus, una, unum, cuius nominatiui, & accusatiui, & vocatiui sunt *παρῳξύτονοι*. Reliqui verò duo casus *ᾤσιπώριον*. Suidas tamen *ἰς* particulam, quatenus dolentis vel indignantis sit, acui, quatenus verò gaudentis, circumflecti, docet. Et sic quidem non ex accentu, sed ex sententia, aduerbiumne, an nomen sit, eliciendum erit.

Quæ

Quæ est undecima?

In prima, secunda & tertia declinatione simplicium, genitiui ac datiuu omnium numerorum circumflectuntur, si nominatiuus fuerit ὁξύτον Ⓞ, reliqui vero casus acuantur, ut: ὁ ποιητής, τῶ ποιητῆ, τῷ ποιητῆ, τὸν ποιητῆ. Idem fit in τρεῖς, & θεός, ac similibus.

Quæ est Duodecima?

Prime & secunda declinationis simplicium genitiuus pluralis, tam adiectiuorum, quam substantiuorum, ultimam semper circumflectit: Vbicunq; etiam & qualiscunq; sit accentus in nominatiuo, ut: ὁ αἰνεῖας, τῶν αἰνεῶν. ἡ μέσσα, τῶν μεσσῶν. ἡ τῶπασσα, τῶν τῶπασσῶν. Excipe adiectiua fœminina à masculinis tertia, quæ masculino genitiuum parem habent, ut ὁ ἀγίος, ἡ ἀγία, τῶν ἀγίων penultima acuta, tam in fœminino, quam masculino.

Quæ est Tredecima?

Monosyllaba quintæ declinationis in genitiuo ac datiuo sortiuntur accentum in ultima per omnes numeros: ac in nominatiuo,

minatiuo, accusatiuo & vocatiuo in penultima, ut ἡ χεῖρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τῷ χεῖρῳ. Sic πᾶς, παιδός. εἰς, ἐνός. πᾶς, πάντος, &c. His vicina, quanquam polysyllaba & diuersae declinationis, sunt, ἡ μία, τῆς μιάς, τῇ μιᾷ, τῷ μίῳ: Vnà cum compositis: μηδεμία, ἔδεμία, τῆς ἔδεμιάς &c. Excipe participia monosyllaba: θεῖς θεντος, θεντι, θεντα. ὄν, ἔντῳ, ὄντι, ὄντα. Item hos decem genitiuos plurales, qui, cum deberent circumflecti in vltima, habent acutum in penultima, πάντων, (Et πᾶσι προθεωπώμδρον in datiuo) τρώων, Τροῦν, δμῶων, famulorum, παιδῶν, puerorum, φώτων, virorum, θῶων, θουῦν [à nominatiuo θῶς, θῶος id est, λυκοπέπινθης & genus lupi, animal mordax. Theodorus apud Aristotelem vertit lupum ceruarium] λάων, lapidum, κράτων, capitum [τὸ κρᾶς, caput κρᾶς, caro] δάδων, tedarum [ἡ δαῖς, δαῖς, δαῖδῳ, teda, item bellum, à δαῖω, id est, καῖω. ἡ δαῖς, δαῖτῳ. δαῖς δαῖτῳ, & δαῖτη poeticè, εὐωχία, id est, lautum conuiuium, à δαῖω, τὸ μερίζω] φῶδων pustularum [à nominatiuo ἡ φῶς. ὁ φῶς vir. τὸ φῶς lumen.]

Quæ

Quæ est decimaquarta?

Vocatiui in ερ, à nominatiuis in ηρ, tonum reijciunt in primam syllabam, ut: ἡ θυγάτηρ, ὦ θυγατερ. ὁ σωτήρ, ὦ σῶτερ.

filia

κατατόρ

Quæ est decimaquinta?

Vocatiuus in ες, à proprijs in ης, semper est προπαροξύτονⓄ, ut: ὁ δημοδένης, ὦ δημόδενες. ὁ Ἡρακλῆς, ὦ Ἡράκλεες, Ⓞ per κρῶσιν Ἡράκλεις. *triquasi Ηραίο τῆς ἡρᾶς*

Quæ est decimasexta?

Composita in ων, quæ vocatiuum in ον formant, retrahunt accentum in antepenultimam, ut: ὁ εὐδαίμων, ὦ εὐδαίμων. ὁ ἀγαμέμνων, ὦ ἀγάμεμνον. Excipe λακεδαίμων, ὦ λακεδαίμων, παλαίμων, ὦ παλαίμων [Deus marinus filius Leucotheæ, qui prius Melicerta, à latinis Portumnus dictus] Item à φρῶν composita, ut: ὦ δαίφρων, ὦ δαίφρων à δαίφρων Ⓞ δαίφρων. Caterum ὦ δεσποτα, μητιετα, ἀκακήτα, εὐρύοτα, irregulares sunt vocatiui declinationis primæ simplicii, à δεσπότης, μητιέτης, ἀκακήτης, Ⓞ εὐρύοτης. Irregularia sunt Ⓞ ἡ μήτηρ, τῆς μητέρⓄ, non μήτερⓄ. Et ἡ θυγάτηρ, τῆς θυγατέρⓄ, non θυγάτερⓄ. *Quæ*

Quæ est decima septima?

Extra prædictas has regulas accentus
tàm casuum in nominibus, quàm perso-
narum in verbis semper eodem manet in
loco, ut: ὁ λόγος, τὸ λόγος, τῷ λόγῳ, τὸν
λόγον &c. Sic τύπῳ, τύπῃσι, τύπῃσι &c.
Quanquam verborum & participiorum
tonos faciliùs ex coniugationum paradi-
gmatis, quàm regulis cognosces.

Quæ est decima octava?

Particula α, ευ, δυς & εν præpositio,
retrahunt accentum in compositione, ut:
παύδατος, ἀπαύδατος, ἐκῶν, ἀέκῶν, Et
crasi ἄκῶν. ἴσος, ἀνίσος (ubi nota, quod
α adsciscat ν, si componatur cum dictioni-
bus à vocali incipientibus, ut hic, ἴσος
non ἀἴσος sed ἀνίσος) ^{ὀρδίναν} πεκτός, ^{ἢ ὀρδίναν} εὐτεκτός,
^{κίνητος} κίνητος, ^{μαλιστα} δυσκίνητος, μέτρον, ἐμμέτρον.

Quæ est decima nona?

Verbalia in τὸς oxytona, si componan-
tur cum ea voce, cum qua verbum compo-
ni non potest, retrahunt tonum in ante-
penultimam, ut: ὁ τεληκτός (percussus)
σελεωόκλητος (lunaticus) σπαρτός (sa-
tus)

tus,) ἀσπαρτιⓄ (non satus.) Sic etiam nomina trochaica προεισώμματα in compositione traducunt accentum in antepenultimam, ut δῆλⓄ, σύνδελⓄ.

Quæ est vigesima?

Composita nomina cum verbalibus, quæ descendunt à præterito medio verbi κτείνω & τρέφω, item τίκτω, penultimam acuunt, si capiantur actiue: antepenultimam verò, si passiue, ut: ξιφοκτόνⓄ qui ense occidit, λυκοκτόνⓄ qui lupum occidit, τυραννοκτόνⓄ, qui tyrannum occidit. λαοτρόφⓄ nutritor populi: Sed passiue ξιφόκτονⓄ, ense occisus, λυτόκτονⓄ, à lupo occisus, τυραννόκτονⓄ à tyranno occisus, λαότροφⓄ à populo nutritus. Sic πρωτόγονⓄ primogenitus: πρωτοτόκⓄ verò, primo enixa mater dicitur.

Quæ est 21?

Nomina à præteritis medijs verbi πολώ id est, verto, λέγω, aut id genus alijs, composita cum præpositione, acuunt antepenultimam, ut: πρέπιλⓄ, famulus. ἐμφρίπολⓄ minister. πρέλογⓄ, Ἰπίλο-
G γⓄ.

γ@, Ἰπίπλο@, adnavigatio, &c. Idem fit, ut etiam antea dictum est, si iungantur cum α, εὔ, & δυς, ut: ἄλογ@, εὐλογ@, δύσφορ@, molestus, &c. Sin cum alia, quacumq; tandem orationis parte componantur, acuetur penultima, ut: ὄνειροπόλ@, (somniaorū interpretēs,) θρηπόλος, (sacerdos,) ἀσεβλόγ@, ἀσεβός@, δημοβός@, πιμφάγ@, &c.

Quæ est 22?

Cætera, quæ non cum verbis hisce, sed nominibus componuntur, acuiunt antepenultimam, ut: πάμφιλ@, πάνοπλ@, μισόδημ@, (hostis plebis.)

Quæ est 23?

Verba dissyllaba & παρεισπώμενα, non transferunt accentū in compositione, sicut nomina, ut: ἔχω, εἶχον, κατέιχον, (obtinēbam) non κάτέχον. εἶκα, ἀφείκα, (dimissi) non ἀφεικα. Sic εἶμαι, ἀφείμαι, (dimissus sum.) ἦμαι, σωῆμαι, simul misi. Excipiuntur οἶδα, quod habet σύνοιδα, (cognovi) οἶδα, (sciivisti) σύνοιδα. Item κείμαι, (iaceo) πένθειμαι, prope iaceo, cuius tamen infinitivus est πένθεισθαι, iuxta regulam, non πένθειμαι.

Quæ

Quæ est vicesima quarta?

Monosyllaba longa, relicta post apocopen, acuuntur, ut: $\chi\eta\mu$, $\chi\eta$, (oportet,) post apharesin autem circumflectuntur, ut: $\acute{\epsilon}\chi\epsilon\omega$, $\chi\epsilon\omega$ (oportebat.) Sic $\acute{\epsilon}\phi\omega$, $\acute{\epsilon}\phi\eta$, $\phi\eta$, $\phi\eta$, $\phi\eta$. Et η , η , η . At brevia post apharesin acuuntur, ut: $\acute{\epsilon}\beta\alpha\upsilon$, $\beta\alpha\upsilon$, $\acute{\epsilon}\phi\alpha\upsilon$, $\phi\alpha\upsilon$, $\acute{\epsilon}\theta\eta\sigma\alpha\upsilon$, $\acute{\epsilon}\phi\alpha\sigma\alpha\upsilon$.

Quæ est 25?

Hæ decem vocule monosyllabicae extra compositionem omnino carent accentu: \acute{o} , η , \acute{e} , \acute{e} , \acute{e} , \acute{e} , \acute{e} , \acute{e} , \acute{e} , \acute{e} . Hisce ferè regulis tota varietas natiui accentus apud græcos, (qui unus est tantum in una dictione) comprehenditur: Quod si quæ præterea occurrent, à quouis facile poterunt addi. Restat iam appendix breuissima de encliticis, id est, de ijs vocabulis, quæ proprium accentum remittunt ad præcedentem syllabam, ut ita præter tonum natiuum & proprium, dictio etiam alterum quasi mutuatum sortiat.

DE DICTIIONIBVS
ENCLITICIS.

Nullane dictio pluribus, quàm
vno insignitur accentu ?

*Omnis dictio unico nativo seu proprio tantum insignitur accentu: Se-
quente verò enclitica, interdum etiam
alter adsciscitur in fine, sed peregrinus
& quasi mutuatitius.*

Quid nominas encli-
ticam ?

*Ἐγκλιτικὴ ab ἐγκλίπειν, latinè incli-
natiua dicitur, quæ precedentis dictionis
ultimam syllabam inclinans, suo tono a-
cuit, ut ἤλθε τις. Quod si plures encliticæ
concurrunt, nominantur συγκελιτικαὶ,
id est, simul & quasi per vices inclinan-
tes, ut: ἀνδρωπὸς τίς ποτε.*

Quot sunt encliticæ ?

*Propè innumerabiles. Nam ex omni-
bus partibus orationis apud Græcos encli-
ticæ oriuntur, exceptis tribus: articulo,
participio, & præpositione.*

Quæ

Quænam ex nominibus
oriuntur?

Ex nominibus est una, nempe τις aliquis vel aliqua, & τι aliquid, indefinite positum, cum omnibus suis casibus. Et quæ his equipollent: τὸ & τὸ pro τῶς: item τῷ pro τῷ, ut: ἕτε τῷ ἄλλῳ, id est, neq; cuiquam alij: At τίς quis vel qui, & τί quid interrogativum, acuitur ubiq; nec est enclitica.

Quæ oriuntur ex verbis?

Ex verbis sunt εἶμι, & φημι, cum omnibus personis presentis indicatiui.

Quænam ex Pronominibus?

Ex Pronominibus semper inclinant: μὲν, μὲ, μοι, με, τοι, σφιν, μιν, (ipsum & ipsam,) σφε, σφωε, (ipsos.) At σφῶ ἀ σὺ, Item, ἐμὲ, ἐμεῦ, ἐμοί, & ἐμὲ, non inclinant. Hæc autem, σὺ, σὺ, σεο, σε, ἐο, ἐυ, ἐθεν, οἱ, ἐ, σφι, (illos, illas, illis,) σφω, σε, σφισι, σφεας, Enclitica sunt, si adijciantur vel abusive, vel non ad aliam certam per appositionem referantur personam,

G 3 ut:

ut: ἤκουσά σε, audiui te, simpliciter dicitur, & quasi indefinitè, alijs, respectu huius non exclusis. Cum verò δεικτικῶς, id est, demonstratiuè, aut ἐμφατικῶς, discretiue ac specialiter, ad aliam quampiã certã personam referuntur, non sunt enclitica, sed retinent suum tonum, ut: ἤκουσά σε, audiui te, non alium. ἤκουσά σε ἔπειτα, id est, audiui te Petrum: Vbi σε per appositionem nominis refertur ad Petrum.

Quæ ex Aduerbijs?

Ex Aduerbijs πῶς alibi, πη alicubi, πῶ, & πῶς, aliquo modo, ποτε quandoq;, ποθεν, alicunde, ποθεν alicubi, inclinatiua sunt, ut: οἶδά πῶς, noui quodammodo &c. si indefinitè capiantur. At si interrogatiuè, non item, ut πῶς οἶδα, quomodo nosti?

Quæ ex Coniunctionibus?

Ex Coniunctionibus sunt κε, κεν, τε. Item δε cum articulis iunctum per apostrophum, ut: ὅδ' ἢδ' τόδ' pro ὁ δε ἢ δε, τὸ δε. Item expletiuæ, ut: γὰρ cum ponitur abusiue, non causaliter, γε, υῦ, υῦω, pro δὴ, dum sanè. πῶς, ὡς, ἴσω, & ἴσα, ab ἄρα, quod non inclinat.

Quæ

Quæ igitur ratio est, aut quis
modus inclinandi in his vo-
culis encliticis?

*Totam rationem encliticarum sequen-
tes duæ tabelle monstrant, quarum prior
in genere ad omnes encliticas pertinet,
altera in specie tantum ad personas præ-
sentis indicatiui dissyllabas verbi sub-
stantiui ἐπι.*

* *
*

Quid verò, si plures encli-
ticæ immediatè con-
currerent?

*Syntencliticæ dictiones, id est, duæ vel
plures encliticæ immediatè concurrentes,
non reijciunt omnes suum tonum in u-
nam eandemq; dictionis eas præcedentis
syllabam: sed prior tantum, (si præcedens
dictio apta sit inclinationi) in quam dein-
de retrocedit posterioris, et propioris encli-
ticæ tonus: Et in hanc rursus, si sint plu-
res, postrema, ut: ἄνθρωπος τίς ποτε, vir
quispiam. σοφός τε τίς ἐστίν. ἄνθρωπος τινός
ἐστίν, &c.*

SECUNDVM CAPVT
DE TEMPORIBVS SEV
quantitate syllabarum.

Quid differunt accentus
& quantitas?

Primo differunt sine : quia accentus tantum inseruit pronuntiationi. Docet enim, quæ syllaba deprimenda, quæ extollenda, quæ cum mora & tractim, quæ sine mora efferenda sit. Quantitas autem μέτρον inseruit. Est enim syllabarum quasi mensura, docens quæ produci, quæ corripipi debeat. Deinde accentus variat ratione quantitatis syllabarum, maximè ultima : non autem quantitas ratione accentus. Nec enim ex accentu quantitas propriè, sed ex quantitate accentus estimatur.

Quomodo diuiditur syllaba ratione quantitatis?

In longam, breuem, & ancipitem seu communem, quam & indifferentem vocant, quia & produci, & corripipi sine discrimine potest.

DE

Quotuplex est longa
syllaba?

*Duplex. Alia enim natura longa est,
alia positione.*

Quæ est longa natura?

*Omnis syllaba, que vel ex vocali lon-
ga constat: η & ω, ut: ἦρωσ: vel ex diph-
thongo, ut: αἶη: vel deniq; ex vocali
communi: α, ι, υ, que in hac vel illa di-
ctione natura fuerit producta, ut: ὕλη
primam semper producit.*

Cur igitur sæpè diphthongi, &
vocales longæ in versu
corripiuntur?

*Id fit per accidens, propter aliam vo-
calem aut diphthongum, siue in eâdem, si-
ue diuersis dictionibus continuò sequen-
tem, quæ priorem facit ancipitem: ut, in
πῆσω prima est indifferens, quia sequitur
alia vocalis η. Aliàs οἰ diphthongus natura
longa est. Idem de finalibus erit iudicium,
quas græci, nisi per Apostrophum, (siqui-
dem non agnoscunt Synalæphen) nun-*

G S quam

quam solent elidere. Per apostrophum autem tantum quatuor vocales, α, ι, ε, ο, & dua diphthongi ου & οι, quae in accentibus breues censentur, abijci possunt: caetera non item.

Quæ est longa positione?

Positione syllaba longa est, quando vocalem breuem, vel ancipitem correptam sequuntur dua consonantes, vel una duplex, ut: ἔργον, λέξις, ἀστὺ, τύψω, φερίσω.

Nihilne differt positio græca à latina?

Planè nihil: nisi quod apud græcos, (præterquam, quod muta cum liquida, perindè ut apud latinos syllabam breuem facit ancipitem:) etiam anceps quaedam est, ut sic loquar, positio, cum videlicet nuda vocalis breuis in fine propter sequentis dictionis vel duplicem, vel initiales duas consonantes corripitur aut produci liberè potest. Hanc enim positionem simpliciter ignorant latini.

DE

Quænam syllaba brevis est?

Quæ vel ex vocali breui constat, ut λέγω, λόγⓄ, vel ex communi hoc loco correpta, ut: φίλⓄ, primam corripit, licet ista sit vocalis indifferens.

Demonstra hæc præcepta
in exemplo?

*Exempli loco sint illi duo versus, quorum prior Philippi est, alter Theocriti:
Αἰδίου καλέω θεῶν ἅντα κρατεῦντι Ⓞ,
Ἀνδρώπων σωτήρα, Ἰπὶ ζυγῶ ἤδη ἑόντων.*

Quottuplex est syllaba
communis?

Duplex. Alia enim natura communis est, alia poëtarum autoritate.

Quænam est communis
natura?

Quæ pro arbitrio in vna eademq; dictione vel produci, vel corripit potest.

Quæ est autoritate com-
munis?

Auto-

Autoritate communes sunt omnes syllabæ, quæ unam ex ancipitibus α, ι, υ, habent, Taliū enim quantitas facile deprehendi non potest, nisi autoritate seu exemplo Poëtarum. Et ideo dicuntur διχρονα, id est, bitemporea ζεάμματα, latine vocales ancipites, indifferentes, seu communes, non quòd in eadem, sed in diuersis dictionibus ab autoribus probatis modo correptæ, modo productæ legantur: nisi scilicet communes fiant natura.

Vnde cognoscitur syllaba communis natura?

Ex sequentibus regulis.

Quæ est prima?

Muta cum liquida præcedentem vocalem breuem, semper facit communem: Id quod etiam apud Latinos fieri solet, ut: μέτρον primam corripit & producit: sicut exempla testantur: ὅς δ' ἂν ὑπὲρβάλλη, (inquit Theognis:)

πόσις μέτρον, ἔκεί' ἐκείνῳ

τῆς αὐτῆς γλώσσης καρτερὸς, ἔδ' ἐ νόσ.

Vbi ε in μέτρον corripitur. Eandem producit Solon cum inquit: ἰμερ-

ἰμερτῆς σοφίης μέτρον Ἰππιάδην.

Quæ est Secunda?

λμ, μν, κτ, πλ, κν, χν, &c. preceden-
tem vocalem natura breuem, reddunt
communem, ut: ἀγύπλι, ὡ in antepe-
nultima natura hîc breuem modò produ-
cit, modò corripit: Sic τοχὴ τέχνῳ ἔσερξε,
ἔ τέχνη τοχῶ. [Ein Handwerck hat
ein gülden Boden / quia fortuna non amat
ociosos scilicet regulariter; Dij vendunt sua bona
laboribus non inertia]

Quæ est Tertia?

Vocales breues nudè finales, semper
fiunt communes, ante consonantes, vel bi-
nas vel duplices: id quod græcis peculiare
est, & proprium præ latinis, ut paulò an-
te dictum est. Et quidem hæ tres regulæ
pertinent ad eam positionem, quam aliqui
nominant ancipitem: quia syllabam non
tantum producit, sed etiam corripit pro
utentis cuiusq; arbitrio.

Quæ est quarta?

Vocalis natura longa seu diphthongus
ante aliam vocalem seu diphthongum
semper fit communis: idq; non modò in v-
na

na eademq; dictione, sed etiam in diuersis. Cuius rei etiam supra, de natura longis agentes, mentionem fecimus. Vt in illo Solonis: Ἄλλ' αὖ δειλὸς ἔων, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι αὐτῆς: diphthongi ei in δοκεῖ, & αι in ἔμμεναι propter vocales sequentium dictionum initiales corripuntur.

Quæ est quinta?

Communis est & illa syllaba, quæ ex duabus in unam longam per σύζδξιν est conflata: Si nimirum factam iam σύζδξιν sequatur vocalis aut diphthongus, ut in I. Iliad: ἔμμεναι ἔχων ἐν χερσὶν ἐκητόλῃσ' Ἀπόλλωνος, χρυσέω ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσκετο πάντας ἀχαιῆς. Hic e & ω in χρυσέω, fit una syllaba correpta, posita ante α. Possunt autem duæ syllabæ, ut hoc obiter declarationis causa addam, in unam transire quatuor modis. Primo duæ breues rediguntur in unam, quæ sequente consonante producitur, sequente autem vocali, communis est iuxta regulam, ut Theog:

αὐχαι

αὐχαι μὴδ' αἴχρα, μηδὲ φίλους
 ἀνία, id est, neq; in turpitudine glorieris,
 neq; amicos dolore afficito. Vbi due bre-
 ues ea in αἴχρα contrahuntur in α lon-
 gum non quidem actu, sed potentia atq;
 scansione. Secundo ex syllaba breui ac
 longa licet constituere unam longam, al-
 tera breui neglecta, ut in illo senario
 Euripidis, quem Plutarchus citat:

εἰ θεοί τι δρῶσιν αἴχρον, οὐ εἰσὶν θεοί.

Hic in prima regione Spondeus est,
 & pro θεοί, legendum est θεοί. Tertio,
 si longa syllaba copuletur cum breui, libe-
 rum erit eas in unam commiscere, vel
 non, prout carminis ratio postulauerit,
 ut: ἢ εἰ τιν' ἀτραπητὸν τεκμαίρεται ἔλυμ-
 πόνδε. ἢ vertitur in ἢ unam syllabam,
 id est, siue aliquam viam demonstrat in
 caelum. Postremo etiam due longae, si
 necesse sit, in unam misceri possunt,
 ut Solon: Ἄλλ' Ὀλυμπιάδων μεσοῦν
 πάρα δῶρα διδάχθεις, id est, Alius
 ab Olympiacis Musis sua didicit dona.
 Vbi pro μεσοῦν legendum est in scansio-
 ne μεσῶν. Iuxta hos modos omnes,
 σύζε-

ὄξ̄ & ζ̄ is alioqui natura longa, si pura fuerit, hoc est, sequente vocali, siue sola, siue in diphthongo, sit anceps.

Quæ est Sexta?

1. Habentur etiam vocales breues in
2. qualibet casura, item ante vel post liqui-
3. das pro communibus. Sæpius & longæ
4. vocales, imò diphthongi quoq; ante liqui-
5. dam vel simplicem, vel geminatam aut
6. ante σ posita, communes fiunt. Similiter
7. $\mu\omicron\nu\acute{\alpha}\delta\iota\kappa\omicron\nu\sigma$ cum muta præcedentem voca-
8. lem reddit ancipitem, item vocales bre-
- ues cum iunctæ, nec non monosyllaba δε,
- κε, γε, υυ, τοι, & similia, non verè ad sen-
- tentiam pertinentia, dictionis nunc præ-
- cedentis, nunc sequentis syllabam proxi-
- nam (siue longa sit, siue brevis:) effici-
- unt communem. Deniq; etiam ante χ &
- δ, communem quandoq; naturam breues
- vocales induunt. Sed quoniam hæc ad li-
- centiam potius spectant, quàm ad imita-
- tionem, igitur nolui in recitandis exem-
- plis moram neçtere. Obserues ergò ipse
- exempla in autorum, si quando occurrent,
- lectione,

lectione, nec nisi cum iudicio, & quidem extrema urgente necessitate, imitare. Quae autem in quinque prioribus regulis proposita sunt, ea nemini non imitari tuto licet.

DE SYLLABIS AVTO-
ritate communibus.

Quot modis syllaba cognoscitur
autoritate communis?

Quatuor modis: Primum ex regulis praedictis, in quas si cadant, natura communem vim induent, id est, in eadem dictione poterunt tum produci, tum corripi. Ut hic ultima in μάλα, natura brevis, fit communis per caesuram, vel propter sequens δ. Hom: Αἰὲς ὄφελος παρὰ νῆυσιν ἀδάκρυτος καὶ ἀπῆμων, ἦσθα, ἐπεὶ νῦτοι αἴσα μίνυθά τῳ ἔτι μάλα δῖω.

1. Iliados. Secundo accentu, ut σίνηπι ultimam corripit, quia est παροξύτων, ἰσὺν primam producit, propter tonum circumflexum. Observes autem, hic tantum nos loqui de ijs syllabis, in quibus est

H una

una ex ancipitibus α, ι, υ. Tales enim auctoritate communes nominantur. Etsi igitur diphthongi αι & οι ratione accentus pro breuibus habentur: tamen nisi in quartam superius de natura communibus traditam regulam incidant, id est, nisi sequente vocali, vel diphthongo, corripere non possunt. Tertio, inflexione, ut τῆσσι ultimam producit: id quod ex inflexione obliquorum accentus docet: Ἐ τῆσσι, τῆσσι, τῆσσι. Est enim ubique in penultima circumflexus. Postremo peculiaribus regulis, quibus ultima, media, atque prima syllaba quantitas perpenditur. Primum autem de ultima quantitate dicendum erit, quia ab hac reliquae pendent ac discernuntur.

Annotationuncula.

Quod si quatuor hisce modis, alicuius ancipitum α, ι, υ, quantitas certa requiri nequeat, confugiendum erit vel ad probatos Poetas, vel ad Iones atque Diores: quorum hi breues saepe producunt, illi etiam natura longas ancipites corripunt: ut in exemplis passim obuijs videre est.

VLTI

ALLGEMEINE VERORDNUNG

Die in dem vorstehenden Artikel erwähnten
Verordnungen sind in dem nachfolgenden
Verzeichnis enthalten.

1. Verordnung über die
2. Verordnung über die
3. Verordnung über die

Die in dem vorstehenden Artikel erwähnten
Verordnungen sind in dem nachfolgenden
Verzeichnis enthalten.

1. Verordnung über die
2. Verordnung über die
3. Verordnung über die



RECITA TABULA GENERALIUM

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and rows, with some words appearing to be in Latin or German. The paper is heavily stained and discolored.

10-
172
172
172
172



VLTIMAE SYLLABAE

Quantitas in a, i, u.

Quænam traduntur regulæ de
quantitate vltimæ syllabæ
autoritate com-
munis?

*Duplices: generales et speciales, quarum
illæ ad orationis partes omnes, hæ ad singu-
las, seu ad certas aliquas, quæ generalibus
includi non possunt, seorsim pertinent.*

Quæ sunt generales?

I. *Ancipites, a, i, u, nudè finales extra
diphthongum & contractionem, perpetuò
corripiuntur, excepta æv, suilla voce, quæ
& minimè significat: Et fæmininis in a
secundæ simplicium, de quibus suo loco.*

II. *Omnis rectus, siue participij, siue no-
minis, cuiuscunq; etiam generis, finiens
in v vel q liquidam, producit ancipitem,
quæ precedet liquidam, ut Τίτῶν, Ψί-
δου, susurro, [quam tamen syllabam Theocri-
tus corripit in verbali Ψιδύεσσα, id est, su-
surrus. Idill: 1. Verbum enim cum suis verbalibus
à primitiuis quantitate non raro defleat.]*

H 2 πῶν,


πᾶν, τύψαν, ποιήσαν, ἰσάν, ζῶγνυν &c.
 præter ὁ μάκαρ, beatus, & ἡ δάμαρ,
 uxor,

III. Desinentia in αψ, ιψ, & υψ, ha-
 bent ultimam longam non tantum positi-
 one, id est, per accidens, sed natura &
 per se. Id quod toni gratia notandum est,
 ut: ἄραψ, κίνυψ, (pediculus,) κατή-
 λιψ, (scala) &c. Sicut etiam hypermono-
 syllaba, in αξ, ιξ, & υξ, producant ul-
 timam masculinorum, ut: δῶραξ, Φοίνιξ,
 κήρυξ &c. Præter hæc tria: ἰραξ accipi-
 ter, ὄρτοξ, coturnix, & ὄνοξ, unguis. Sed
 fœminina eandem corripunt, ut: αῦλαξ,
 (sulcus) περὶ πεισώρδρον: κύλιξ, calix:
 ἄντοξ (currus) &c. Monosyllaba verò hæ-
 rum terminationum, αξ, ιξ, υξ, cum na-
 tura semper breuia sint, iccirco acuto, non
 circumflexo tono insigniuntur, ut Φρύξ
 &c. Hæc regula illustrat secundam & o-
 ctavam accentuum. Non igitur omitten-
 da fuit, licet propter positionem duplices
 ξ & ψ in metro nihil de quantitate du-
 bij relinquunt.

Quæ

LIBRARIAM SPECIALEM

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a list or index of some kind.



RECITA TABELLAM SPECIALEM.

Reijcit in { *præcedentem di-* { *προπροξυτονον* } { *άνθρωπος εστιν.*
ctionem, vel { *προπεισώμδρον* } { *σκωλον εστιν.*
in suam primam { *incipit orationem, ut: εστι πόλις (est ciuitas.)*
syllabam, si vel { *subiungitur uni ex* { *τῶτ'* } { *At τῶτο, τῶτό εστιν.*
his sex particulis { *ου* } { *Sicut ἀλλὰ, ἀλλά ε-*
ως } { *εστιν* } { *σι diuersa sunt for-*
ει } { *me.*
ἀλλ' }

Tertia persona εστι
una cum omnibus
condecliuis (εμι, ε-
σον, εσε, εσμδρ, εισι)
tonum suum, vel

Amittit prorsus, si præcedit { *οξυτονον, ut: κηρός εστιν. Vbi tamen acutus etiam in contextu*
vel { *orationis non mutatur in grauem, sed retinetur.*
προπεισώμδρον, ut ερμης εστι. (Mercurius est.)

Seruat in ultima, si postpona- { *Spondeo* } { *ἦρωσ* }
tur dictioni, vel { *Trocheo* } { *μάντις* } { *εστι.*
προξυτονω, siue { *Iambo* } { *γέλωσ* }
ea constet { *Pyrrichio* } { *λόγ@* }

προπεισώμδρω, in { *Φοίνιξ* } { *[quod tamen aliqui faciunt*
qua ultima positio- { *κηρυξ* } { *mā naturā longā, ut scribit*
ne est longa, ut: { *δοιδυξ* } { *Euripidis interpres Φοίνιξ.*
καlear. } { *Et sic erit forme proximè*
coclear } { *præcedentis Φοίνιξ εστι.]*



RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN

RECHTSA TAFELN




RECHT TAFEL

1. In dem Jahre 1789
wurde in dem Orte

in dem Jahre 1789
wurde in dem Orte

in dem Jahre 1789
wurde in dem Orte

in dem Jahre 1789
wurde in dem Orte



Quæ sunt Speciales?

I. *Fœminina in a ab adiectiuis masculinis idem habent tempus finale cum ultima genitiui sui masculini, ut* ὁ θεῖος, *diuinus, τῆς θεῖας, ἢ θεῖα, ultima longa. ὁ ἠδύς dulcis, τῆς ἠδέος, ἢ ἠδέα, breui ultima. Præter* δῖα, *diua, pro* δία, *nā masculinum est* ὁ δῖος, *τῆς δῖας. Item* ἰα *fœmi-*
ab ἰός, *id est, vnus, quæ corripuntur, ut*
Iliad: δ: ἔ γδ πάντων ἦεν ὁμῶς θεός, ἔδῃ
ἰα γῆρος. Nam ἢ μία, *ab* εἰς, *ένος breue est.*

II. *At substantiua fœminina in a oxytonum, ultimam producant, ut: χαρὰ*
gaudium, πρὸς, rogus, ἀρὰ imprecatio,
ἔ. c. περὶ παροξύτονα verò ἢ περὶ εἰσώ-
μωτα breuia esse, accentus docet, ut ὁμό-
νοια, concordia, μέσσα, ἔ. c.

III. *In a fœminina à verbis in εὔω,*
producantur, ut πρὸς θεῶω, *legatum ago,*
ἢ πρὸς θεῖα, legatio, ἔ. c.

IIII. *In αῖα fœminina dissyllaba vltimam corripunt, ut: μάα, ἔ. c. Polysyllaba verò producant, ut* σελωαία, *luna, ἔ. c.*

V. In *ea* fœminina præcedente vocali simplici producuntur, ut *πήρα*. Præcedente verò diphthongo corripuntur, ut *μοῖρα*, *parca*, *fatum*. Excipe *Φαίρα*, *σάρα*, *lacerta*, *άρα*, *aura*.

VI. In *δα*, *δα*, *εἶα* per *iota* simplex ultimam habent longam, ut *λήδα*, *κισσαῖα* *capella*, *ἀποσειά* *defectio*, *εἶα*. Reliqua omnia in *α*, quæ non cadunt in has regulas speciales corripuntur, ut in prima generali dictum est.

VII. In *ας* grauitona masculina, tam participia, quam nomina, item circumflexa producuntur, ut *τύψας*, *ποιήσας*, *πᾶς*, *Αἴας*, *Αἰετίας*, *εἶα*. præter *μέγας*, *magnus*, *εἶα* *ὀλᾶας*, *lapis*, priorem producens *εἶα* posteriorem corripuens. Dores etiam participia in *ας* corripunt, ut: *νοήσας*, *πεᾶξας*, pro *νοήσας*, *πεᾶξας*. Neutra verò semper in *ας* breue desinunt, ut: *τὸ κέρας*, *εἶα*. Sicut etiam in *ας* acuta cuiuscumq; generis corripunt ultimam, ut: *Ἄρκας*, *ἔδα*, *ὀκῆ*, *ἡ*, *assuetus*, *παλλὰς*, quorum genitiuus singularis in *δος* exit. Exceptis participijs verbo-

verborum secunda coniugationis in μι, ut ἰσῆς, & verbalibus, quæ fiunt à κεκοῦν-δαῖ, id est, temperando: item ὀϊμάς, λό-
rum, & ὀ ἀνδριάς, ἀντ. & statua, quæ licet ὀξύτονα sint: tamen cum genitiuum aliter quàm in δ & mittant, producuntur.

VIII. Omnia nomina in is corripunt ultimam, ut ὄφισ, πόλις, πινάκισ, scutella, θηῖς venatio, πεισμίς, &c. præter monosyllabicam voculam ἰς, alias ἰν, quæ in utroq; genere tam masculino, quàm fœminino producta semper reperitur, ut Hesio: Ἀλλὰ εἰς ἐδάμασε βίης ἠρακλήϊης.

IX. In us & as adiectiua tam oxytona, quàm grauitona, quorum neutra in u et a, Item, cætera βαρύτονα in us, cuiuscunq; generis sint, omnia correptam ultimam habent, ut ἠδύς, τὸ ἠδύ, μέγας, τὸ μέγα etc. Sic βότρυς, πῆχυς, ἄδακρυς, &c.

X. At substantiua in us monosyllaba & hypermonosyllaba, ὀξύτονα vel Perispomena producunt ultimam, ut: σὺς, ὁ ἔη, vel ὕς sus. [ὕς contractum plurale est: ἠμεροί cicures. ἀγριοί apri feri: σὺαγροί] μῦς ῥόφρυς ἠ [supercilium ab ὄπλω & ῥύω,

id est Φυλάσσω, &c.] Huc pertinent etiam participia verborum quartæ coniugationis in μι, ut: ζῶντις, ζῶντιςσα, ζῶντιν, &c. quorum υ perpetuo producitur. Et hæc quidem regulæ traduntur de rectis casibus: præcipue vero de nominatiuo singulari.

XI. Ad obliquos quod attinet, ancipites in accusatiuis, (reliqui enim casus in generales regulas incidunt) declinationis imparisyllabice tam singularis quam pluralis numeri perpetuo corripuntur, ut: τὸν τιτῶνα, τοὺς τιτῶνας, τὸν Ἐπιὸν νεήλυδα, Ἐπιὸν νεήλυ, ἀνεήλυς, id est, nouitius. Præter contractos, qui per se noti sunt, ut: τὰς ὀφρύδας, ὀφρῦς, τὰ δάκρυα, δάκρυ, &c. In declinationibus verò parisyllabice accusatiui semper idem cum nominatiuis temporis retinent, ut: ὁ ἀνείας, τὸν ἀνείαν. ἡ μέσσα, τὴν μέσσαν, αἱ μέσσα, τὰς μέσας. Doricè verò accusatiui in ας cuiuscumque declinationis corripunt ultimam, ut, νόμφας, κρηῶνας, μέστας, &c. penultima circumflexa, quæ tamen in lingua communi acuitur.

acuitur. Genitiuus aut em secunda simplicium, si quando in obliquis α retinetur, semper αs finale producit, ut η ημέρα, τῆς ἡμέρας. Sicut etiam α dualis numeri, tam prima, quam secunda simplicium per se nunquam breue est, ut: τὸ ἀνεία, τὸ μέσα, &c. Id quod etiam propter accentum obseruari debet. Fit autem interdum breue per accidens, si dictio sequens incipiat à vocali: tum enim syllaba finalis redditur anceps, ut suprà indicauimus.

XII. Cæterum Pronominis quantitas, vel ex quantitate nominis, vel ex tonorum sedibus, vel deniq; ex prima regula generali cognoscitur, ut: ἡμετέρα, ἡμᾶς, ἡμῖν, ὑμῖν, σφίσι, &c. Sed hæc: σὺ, μὲν, ὑμεῖς, τὶν, corripiuntur. Reliquarum orationis partium ex his, quæ dicta sunt, quantitas pendet, & absq; omni negotio cuius, qui ista probè meminit, se offert. Hactenus igitur de regulis ultimæ syllabæ. Restat, ut de ancipitibus α, ι, υ, primæ & mediæ breuiter dicamus.

Dic regulas de quantitate ancipitum primæ & mediæ syllabæ?

Quod ad primas & medias syllabas, autoritate communes, attinet, regulæ distinguuntur secundum certas orationis partes: quedam enim nominis sunt, eæq; duplices, aliæ nominatiui, aliæ obliquorû: quedam verbi, similiter duplices, thematicæ aliæ, aliæ reliquorum temporum & modorum. Pauca deniq; participij & aduerbij. De cæteris enim orationis partibus nihil ferè dubij est.

DE NOMINE.

Quæ regulæ traduntur de prima & media nominatiui?

I. *Omnis anceps, siue in dictionis principio, siue in medio, siue in fine, quocunq; in casu, contracta regulariter produci-
tur, ut: τῆ μήτι pro μήτι à nominatiuo
μήτις consilium. ἱερεὺς pro ἱερέυς. εὐκλεᾶ,
pro εὐκλεέα. gloriosum &c. Excipe δυσ-
κλεᾶ*

κλέα infamem, & νηλέα (seuum) que non facta sunt per crasin, sed per Synco-
pen seu ablatione e prioris, pro δυσκλεέα,
νηλεέα.

II. A siue priuatiuum, siue intensiuum,
siue congregatiuum natura breue est, nisi
fortè metri causa producat: quod fit,
cum dictio hypertrisyllaba versum aliàs
non ingreditur, ut: ἀθάνατⓄ. Natura
enim hac dictio proceleusmatica est: sed
metri causa α σερητικὸν producitur vel
certè anceps fit. Trisyllaba verò, ut: ἄλο-
γⓄ, [υχορ, quasi ὁμόλεχⓄ, id est, propter
dormiens, aliàs ὁμδυνέτις, ἀκθιτις, id est, con-
cubina, non tamen illegitima δάμαρ, γαμέτις,
ab α, id est, ὁμῶ, & λέχω vel λέχομαι, id est,
cubo vel dormio, vnde λέχος τὸ, lectus, coniugium.
Vel ab α, id est, non, σ λεχὼ ὀⓄ ἦ, id est, pu-
erpera. Ut, ἄρτεμις ἄλοχⓄ ἕσα, apud Plat:
in epist. id est, Diana, ἑτέρω λέχου ἀπὸⓄ.
Budæus in com.]

III. α ante β, θ, μ, corripitur, ut:
ἄβυδⓄ [Urbs Hellepontii, cuius incolæ molles
& delicati καὶ τρυφῆται olim audierunt,
ut

ut aliàs Sibaritæ, hinc τὰ ἀβυθηνὰ prouerbialia
ter, id est, futilia. Et ἀβυθοκόμοι id est, κομῶν-
τες, seu quibus molliter fluunt capilli. Prouerb:
ἀβυθιωὰ Ἰπιφορήματα, id est, bellaria naua
ci ὅτι nihili.] ἀδύνη, ἀμιλλα, pugna. Præ-
ter ἀμητὸς, id est, messis, quod a produ-
cit.

IIII. Verbalia in μα purum penulti-
mam, in qua anceps est, habent longam,
ut, ῥῦμα, (uictima,) ῥῦμα, quod quidam
ῥύμμα scribingunt duplici μ. [id est, purga-
tio, strigilis, item propugnaculum, interdum idem
quod ῥύμη, id est, Vis, Frewel und gewalt/
impetus, Ut in versu Sibyllino:
ἢ ῥώμη ῥύμη ἔσεται, Ἐ δὴ λῶ ἀδὴ λῶ.
Roma quid est, nisi quod monstrat præposterus
ordo. Quid monstrat? iungas versa elementa,
scies. Roma amor est, ὅτι. Sic in illo: Signa te,
signa, ὅτι.] λῶμα [id est, sordes, purga-
mentum, illuuias. Iliad: α. οἶδ' ἀπολυμαίνον-
το, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον, id est, τὰ
καθάρσια, ῥυπάσματα. Item: λαὸς δ'
Ἀτρεΐδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.] In μα
verò impurum penultimam quidem lon-
gam habent, sed positione, id est, per acci-
dens,

dens, non natura, ut: γάμμα. Id quod accentus demonstrat.

V. Dissyllaba masculina in αρ⊙ siue oxytona siue paroxytona, corripunt α, ut, τάρος crates, aliàs τάρρος, item ταρὸς. [ὁ τῶν τυροποιῶν κάλαθος, νύξο κρεμάθρα, παρὰ τὸ τέρω αἰ: pro τείρω, τὸ ξυραίνω. Postea à forma ad seriem articulorum vola, plan- taq̄; item remigij, in triremibus transfertur. τάρσ⊙ verò vrbs Ciliciæ est, D. Pauli patria.] λάρος dulcis, item tener, lautus. [λάρων μέθυ. λάρ⊙ verò substantiuum est pro fulica. Significat etiam hominem suracem, hinc prouerb: λάρ⊙ κεχλωὸς, &c.] Huc pertinent etiam diminutiva in ἄριον, ut, ἰππᾶριον, equulus, φυλλᾶριον, foliolum, παιδάριον, aliàs παιδάκιον, puellulus, & puellula, &c.

VI. Neutra in os dissyllaba, in quorum penultima est α, corripunt illud α, ut: χάρ⊙, φάρ⊙. Præter φάρ⊙, pro veste, προπεριπώριον. φάρος verò παρεξυτονον, [insula ante Ægyptum, vel vrbs vel turris pro- prium, prope Alexandriam, quod φάρ⊙ à φαίνειν, quod noctu ex ea faces neutis exhibite appareant. Vnde etiam aliæ turres in id exινυδία, φάροι denominantur.] Sequitur quintam regulam

regulam de masculinis dissyllabis in αρ⊕ correptum. Penultimam enim corripit, licet fœmininum sit. Obseruabis autem, nos hîc de neutris dissyllabis loqui, quorum penultimam occupet α. Nam si in inflexione α retrahatur in antepenultimam, sæpè indifferenter à Poëtis vsurpari solet, ut: Nonnus α in antepenultima producit: τὰ λιπόσκια Φάεα νίπλων. Ioan: 9.

VII. Nomina in αός, ιός, & υός, oxytona, penultimam ancipitem producunt, ut: ναός, templum. λαός. κελός aries. ιός [id est, ἰχώρ, ὁ βρότ⊕, cruor, sanies, item sagitta, venenum, ærugo, fibra, item serpens] præter βίός, id est, neruus, [ἡ ἔτος νόσος, ἀπὸ τῆς βίας ἔδωάμεως. τούτης γὰρ χρεία εἰς τὴν νόσον,] quod penultimam corripit, sicut grauitona, ut, βί⊕ vita, ἑ⊕ unus. &c.

VIII. Comparatiua in ων vel ον impurum, corripunt præcedentem ancipitem, præter ἰετίων minor, ubi α positione producit. At in ων vel ον purum penultimam habent longam, ut βελτίων, &c.

IX. No-

IX. Nomina, que à verbis in penultima
 diphthongum habentibus, formata sunt
 per i, corripunt illud i ut plurimum, ut
 πείθω, suadeo, πείθωνός: λείχω lambo, λι-
 χανός index digitus. [παρὰ τὸ λίκαι χεί-
 νειν. Ordo digitorum: μικρός, παράμεσθ,
 μέσθ, λιχανός, ἀντίχειρ. λίκαιθ,
 chorda. λίκαις mensa inter pollicem θ indicem,
 si explices. λιχένης seu λιχένης, mentagra, E-
 lephantiasis. λειχλή, impetigo, Geflecht/olim
 impetix, item petigo, quod vicina petat, sese latè
 summa cute diffundens, Serenus: Si verò vitium
 est, quod ducit ab impete nomen. Hoc matutinis
 poteris cohibere saliva] Α σείειν (id est, cribra-
 re: tamen σίτθ (frumentum) fit penul-
 tima longa.

X. In ias barytona masculina corripunt
 penultimam, ut κοχλίας, hæc Limax,
 [à limo, in quo per hyemem delitescit: generalis-
 us quam cochlea, inclusa testa. λέγονται ἕτως
 πάντα τὰ ἔχοντα ὅσθαι κυκλοτερῆ.]

XI. In ιθ paroxytona vel proparo-
 xytona, item: neutra diminutiva in
 ιον, ut, θηρίον, γαμματίον, &c. breuem
 habent penultimam: demtis adiectiuis
 διθ

δῑ, κί̄. [Urbis Mysiae incola : pro κίος
 à prim κί̄ breui] & τ̄, quae sunt
 προσωπίσματα, contracta pro δῑ,
 κί̄, χί̄, & τί̄, quorum primiti-
 ua & dies, η κί̄, [Emporium in Ascania
 Phrygia Milesus conditum, item urbs Mysiae.]
 χί̄, (insula & urbs) & τί̄ [Urbs
 Paphlagoniae, unde Veneti originem trahunt.
 Sunt enim Paphlagonες ex minore Asia in Italiam
 transuecti.] breuia sunt.

XII. In μ̄ deriuata hyperdissyllaba
 simplicia, corripuntur, ut: άν̄μ̄,
 [id est, floridus ab άν̄δίζεσθαι, id est, tingi &
 venustate honestari.] άλ̄μ̄, fortis, (ab
 ἀλ̄κί, id est potentia) κύ̄μ̄ [gloriosus
 sed κυδοίμ̄ος, tumultus, bellum, ὅτι κ̄νει τὸ δ̄ε-
 ος. Diff: κ̄δ̄ τὸ, gloria, decus, κ̄δ̄ ὁ,
 conuiuium, κ̄η̄ τὸ, cura, affinitas, exequia,]
 π̄ώ̄μ̄, praecox. At ἀπ̄μ̄, β̄ελ̄μ̄,
 id est, famelicus, ἰφ̄μ̄, [virtute po-
 tens, magnanimus, ἡν̄ού̄ος, ἰχ̄υρ̄ός. ab ἰφ̄ id
 est, ἰχ̄υρ̄ός μ̄ βί̄ας, potenter & fortiter, &
 ἰοῡός] composita sunt & produciuntur.

XIII. In ω̄ hyperdissyllaba oxytona
 & temporis ac horae significationem ha-
 bentia,

bentia, breuem habent penultimam, ut, εαρινός vernus, θερινός aestiuus, νυκτερινός nocturnus, &c. Sed quandoq; etiam à Poëtis producuntur. Cetera vero in ω & τὰν oxytona quàm barytona, siue dissyllaba sint siue hyperdissyllaba, penultimam habent longam: præter καρκίνω & cancer, & πινός pro sordibus. [Diff: πίνω & ἡ arbor pinus, Σichte / πινός item πίνω ἡ sordes, πίνωα concha piscis, πίνων cereuisia.]

XIII. In ἰνῆ hypertrissyllaba producunt penultimam, ut, ἠρωίνῆ, herois, μόλυβδινῆ, plumbea. Excipe ἀλαπίνῆ, conuiuium: & quæ sunt urbium nomina.

XV. In ιλ & υλ & exeuntia plerunq; breuem habent penultimam, præter ὀμιλ &, & si qua præterea. At in υλον neutra, longam. ut, σκῦλον spolium, Φῦλον gens &c. præter ξύλον lignum.

XVI. Initialis breuis est ante τ, ut: ἴτος umbo, ἴτσα salix, ἴτχιον bellarium. &c.

XVII. In ἰτης vel ὕτης grauitona penultimam producunt, ut, πολίτης, πρῆσβύτης &c. Oxytona verò (in ἰτης præsertim) penultimam corripunt, unà cum suis

compositis & derivatis, ut κερτῆς iudex,
δικαιοκέρτης iustus iudex.

XVIII. In υμ⊙ dissyllaba producunt
penultimam, ut χυμὸς humor. θυμὸς fu-
ror. Huc refer etiam verbalia deducta
à prima prateriti passivi, quæ penultimam
habent longam, aut natura, aut positione,
ut λέλυμαι, λυμὸς solutio. [λύμη, perniciēs.
λύμα τ⊙ τὸ sordes. λιμὸς fames, λοιμὸς lues,
πόλεμ⊙ bellum] ἔρρυμαι fusus item ser-
uatus sum, ῥυμὸς [humor, item temo currius.
Tenet enim et conseruat currum alioqui fragilem]
δέδεμαι, δεσμὸς.

XIX. In ω⊙ cūm dissyllaba, tum po-
lysyllaba longam habent penultimam, ut:
φρῦν⊙, rana, rubeta [φρωίον, φρῦν
νος, φρῦνε⊙. φρῦνη idem quod φρῦν⊙]
θῦν⊙ bellum, impetus, cursus. [θύν⊙
à θύνω, id piscis est] κίνδω⊙ periculum. ἀνεύθω
est, curro. ν⊙ non obnoxius, παχῶ⊙ crassus &c.
Exceptis πλωὸς balneum à πλύνω lauo,
item ἀνδρόγω⊙ semiuir, λάγῶος mol-
lis, & similibus, quæ idem tempus habent
cum primitiuo γωῆ, à quo deducun-
tur.

XX. In

XX. In ὄνη dissyllaba penultimam produ-
 ducunt, ut μὶνη, id est, πρέφασις pretex-
 tus, Φρύνη, Phryne. Præter γωνή, quod pe-
 nultimam corripit, sicut & hyperdissylla-
 ba, ut διγαροσύνη, κερύνη clava, &c. Atq;
 hæcenus de prima & penultima nomina-
 tiui: iam de obliquorum.

Dic Regulas de quantitate pri-
 mæ & penultimæ in
 obliquis?

I. Nomina in ιξ, & υξ omnia longam
 penultimam habent in obliquis, ut Φοίνιξ,
 ΦοίνικⓄ. κήρυξ, κήρυκⓄ.

II. Nomina in ψ duplicem corripunt
 ancipites in penultima obliquorum, ut,
 ἰψῖς ἰπὸς vermis, γὺψῖς γὺπὸς, vultur.

III. Oxytona in ις, dissyllaba fæminina,
 per δ declinata, penultimam in obliquis
 longam habent, ut, κνημὶς κνημῖδⓄ o-
 crea: κληῖς κληῖδⓄ transtrum: κρητῖς,
 κρητῖδⓄ, id est, crepida, [item basis. Xen-
 oph. κρητῖς πάντα ἄνδρα ἠγάσασθαι τὴν ἐγκρά-
 τειαν ἀρετῆς εἶναι κρητῖδα, id est, fundamētum:
 Omnibus in rebus modus est pulcerrima virtus.]

I 2 IIII.

IIII. Adiectiua trisyllaba in is, siue longum siue breue, penultimam genitiui corripunt, ut, ἀυλητῆς, ἀυλητῆϊδος, tibicina, [ab ἀυλητῆς, tibicen, sed ἀυλήτης stabularium significat.] στρατηγῆς, στρατηγῆϊδος, [ductrix seu imperatrix belli apud Amazones à masculino στρατηγός, imperator.]

V. Sic & monosyllaba in us nominatiuum quidem producunt, sed genitiui penultimam corripunt: ut, μῦς, μυός. δρῦς, δρῦός, quercus.

VI. Quorum nominatiuus desinit in us & ω simul, in genitiuo ωϊ habent, penultima producta: ut, Φόρκυς et Φόρκω, Φόρκωϊ, [Deus marinus, Phorcus: Item portus Ithacæ, patriæ Ulyssis, iuxta quem in litore antrum Nymphis sacrum fuisse fabulantur, etc.] Et hæc quidem regulæ de nomine traduntur: quibus si quæ præterea sese offerent, studiosi ascribant.

Dic Regulas de penultima Verborum?

Quod ad penultimam presentis attinet, hæc obseruentur Regulae.

I. In

I. In *άω* habentia ante *α* vel vocalem vel *ρ*, producunt penultimam: ut, *εάω* *σῖνο*, *πρῶάω* *transco*, *penetro*. Cetera in *άω* corripunt *α*, ut, *ελάω*, *impello*, idem quod *ελαύνω*. [*Ἐπὸ τε τῆς σιωπῆσεως τῶν ἔργων ελαυνόμην* *Θ*, stimulatus a conscientia *scelerum*.] *μελάω*, *πηνάω*, &c.

II. In *ίω* *grauitona hyperdissyllaba* penultimam corripunt, ut, *κυλίω* *voluo*: *κόνίω*, *illino*. [*Diff*: *κόνις* *ιδ* *Θ* *puluis*. *κόνις*, *ι* *Θ* *ή* *lendes* aut *furfures capitis*, &c.] *πρᾶτερ* *εἰδίω*, *edo*.

III. Sic *ε* in *ιῶ* *circumflexa* penultimam corripunt, ut, *ἀνιῶ*, id est, *ango*, *affligo*, &c. *Vt in illo Pythagoræ: Ἄλλα τὰδ' ἐπιτελέειν, ἂ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.* [*quæ te in posterum non afficiant mærore*] *Apud Homerum tamen iota* *producitur*, ut *Odyss*: *ο*: *ἔ* *ῶ* *τίς* *τοι* *ἀνιῶται* *παρεόντι*, [*id est, nemini grauis es, nemo abs te offenditur*,] &c. *Ergo in his Poetarū usus obseruetur. Sunt autem ferè communia*: sicut etiam *verborum in ύω* *præsens* *penultimam promiscuè nunc* *producit*, *nunc corripit*, ut: *θύω*, *λύω*, &c.

III. In άνω polysyllaba corripunt α, ut λαμβάνω, ανδάνω, placeo. Præter ινάω (sufficio) & κιχάνω, comprehendo, quorum α producitur: ut, ου δέτα κα κα έργα, κιχάνει τοι βραδύς ώκύν.

V. In ύνω polysyllaba, (id est, hyperdissyllaba) grauitona, producunt penultimam, ut: ότρύνω impello, hortor, incito. πρᾶύνω [id est, mansuefacio. Prouerb. κωά χαλεπόν όντα πρᾶύνειν ήπιχειρίσ, τον αδελφόν δέ δῆ] μολύνω, inquino &c.

VI. Omnia in ίνω tam grauitona, quam circumflexa penultimam habent longam, ut πινώ άω contamino: (πηνάω esurio) πίνω bibo, κρίνω iudico &c. [μηδέποτε κείναι άδαήμονας άνδρας έάσας, Phocyl: de artibus iudicent periti.] Hactenus de presenti.

Dic Regulas de quantitate reliquorum temporum?

Quemadmodum non omnes ancipites tales sunt in genitiuo, quales erant in re-cto: Sic neq, in presenti & futuro semper sunt æquales: sed nonnullæ in presenti longæ,

longa, in futuro fiunt breues & contra.

De quibus sequentes traduntur Regula:

verba in uo penultimam presentis
 I. Verba in $\acute{\upsilon}\omega$ penultimam presentis *verba in uo pen.*
 communem habent natura, sed in futuris
 perpetuò longam, ut: $\acute{\iota}\upsilon\omega$ sacrifico: $\lambda\upsilon\omega$
 soluo: $\xi\upsilon\omega\mu\alpha$ libero: $\delta\alpha\kappa\rho\acute{\upsilon}\omega$, $\kappa\omega\kappa\acute{\upsilon}\omega$,
 [idem quod $\kappa\omega\kappa\acute{\upsilon}\zeta\omega$, ploro, eiulo, verbum ficti-
 tium ad vocem galli **Rines Gōciers**. Vnde
 $\kappa\acute{\omega}\kappa\upsilon\mu\alpha$, id est, ploratus. Et $\kappa\omega\kappa\upsilon\tau\acute{\omicron}\varsigma$ idem,
 quod tamen etiam fluuij infernalis nomen est.
 $\kappa\omicron\kappa\acute{\upsilon}\zeta\omega$ verò cuculi sonum refert, qui $\kappa\acute{\omicron}\kappa\upsilon\zeta\acute{\omicron}$
 δ , $\upsilon\gamma\textcircled{\text{C}}$ dicitur. Gaza cucurrere vertit.]

II. In $\acute{\iota}\omega$ & $\acute{\upsilon}\omega$, futuri penultimam
 corripunt: (Hoc enim quintæ coniuga-
 tionis grauitonorum est proprium) in
 presenti eandem producunt, ut $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omega$,
 $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\acute{\omega}$ &c. corripunt & reliqua tempora,
 ut $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\mu\alpha$, $\epsilon\kappa\epsilon\acute{\iota}\delta\omega$: Præter $\epsilon\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\alpha$ &
 $\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ longa penultima: ut in septima
 dicetur Regula. Producitur & imperfe-
 ctum $\epsilon\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\nu$ ad differentiam indefiniti
 secundi, quod penultimam breuem habet.

III. Omnis reduplicatio vel augmentum principale natura corripitur, ut, τίθημι, ἴσημι (ubi initialis iota producitur per accidens ex positione:) δίδωμι, τέτυφα, &c. *præterita uerborum in πλω penultima*

IIII. Præterita uerborum in πλω penultimam habent longam natura, ut τύπλω, τέτυφα: κύπλω [Ἰπικέμπλομυ τῷ σώματι, inclino, propendo, sum pronus, demitto oculos,] κέτυφα, &c.

V. In uq. præterita habentia penultimam longam, corripunt eandem, si abij-

Præterita uerborum in πλω penultima habent longam natura, ut τίθημι, ἴσημι (ubi initialis iota producitur per accidens ex positione:) δίδωμι, τέτυφα, &c. *præterita uerborum in πλω penultima*

VI. Quicquid interponitur Ionicè personis tertijs, breue est: ut, τετύφαται, ἐπέτύφατο, τιθέασι, ζῶνύασι: cuius etiã u in antepenultima Ionicè corripitur. Expūgūt enim vocalē subiunctiuã ex diphthongis Iones, aut ancipitem corripunt & interponunt deinde α, ut, ἰσῆασι, δίδῶασι, προἰσῆασι, δίδῶασι, &c. At ἰσῆασι, βοῶασι, [pro βοῶσι

βοῶσι contractum, ex βοάσει, quod est Ionicum pro βοάσει.] ζῆγνῶσι, ἔ'c. ex contractione penultimam producunt.

VII. Indefiniti primi actiui penultima ferè semper longa est, ut ἐκείνῳ, ἔθυσῶ, ἐμίανῶ ἔ'c. At ἤνυσῶ perfeci, ἔφρασα dixi : ἐπλάσα excreui, ἐγάλασα, Et quæ alia circumflexa retinent penultimam presentis in præterito, breuia sunt.

VIII. Indefiniti secundi hyperdissyllabi brevis est penultima, ut : ἤλυθον, ἐφάρον, ἔθωον ἔ'c. Excipe ἤγαγον vel ἄγηγον, pro ἤγον, ἔ' quæ positione longa fiunt, ut : ἤμαρτον, ἐπερθον, depopulatus sum, [Vnde πολίπορθον, ἐπεραθον autem penultimam correipit.] ἔμαρπον cepi. Hactenus de indicatiuo, iam de reliquis modis.

IX. Imperatiui in δι natura penultimā habent longā, ut φῶθι, dic : κλῦθι ἔ' κέκλυθι (per anadiplasiasmus) pro κλύε audi (ἐπάκυσσον) ὄρνυθι [id est, διέγχε ἔ' παρόρμα, incita,] ἴθι veni, δῦθι (per metaplasmus) pro δύε, subi, ἔ'c.

X. Infinitiui in νει indefiniti i. natura penultimam producunt, ut κείναι, θύναι,

I S Φάναι

Φᾶνοι apparuisse, λεᾶνοι [ὡς κέμνα, id est, in modum farinae molere] Sed in ᾶνοι & ὄνοι à Verbis in μι penultimam corripunt, id quod etiam accentus docet, ut : ἰσᾶνοι, ζῦγῶνοι, Φᾶνοι, dicere &c. Et hæc quidem de verbo.

XI. Penultima participij eadem est cum suo tempore indicatiui. Indefiniti autem primi fœminini actiui penultima semper longa est, ut : ἡ τύψασα, ποιήσασα, βοήσασα, &c.

XII. Aduerbia retinent eandem quantitatem cum suis primitiuis, ut, πολλάκις (sæpenumero) corripit ultimam & penultimam, sicut primitiuum suum πολλά. [Hesiod: πολλάκι ἢ ζύμπασα πόλις κακῶ ἄνδρῳ ἐπαυροῖ] Excipe τριὰ τρία, & τριὰς ἢ trinitas, ternio : quæ penultimam corripunt : cum τρις longum sit.

XIII. Præpositiones ferè corripunt penultimam, præter ἀντι & ἀμφι, in quibus positio est. Est & ultima natura breuis, nisi vel positione, ut, ἐξ, vel diphthongo, ut εἰς, vel cæsura interdum per licentiam à Poëtis producatur.

Hæc

Hæc ferè secundi capitis præcepta sunt, de quantitate syllabarum, quæ facilima est apud græcos. Siquidem omnis syllaba vocalem longam, aut diphthongum habens, longa est: & quæ breuem vocalem, brevis: nisi per accidens suam commutent naturam. Solæ igitur ancipites nonnihil facessunt tironibus negocij: id quod regula hæctenus tradita (quibus porro si quæ aliæ occurrerent, addi à pueris facile poterunt) auferent.

TERTIVM ET VLTIMVM CAPVT DE
ratione Carminum.

Hoc caput, præcedentium præceptorum de syllabarum quantitate, quasi præxin continet. Docet autem de pedibus, de 1.
metrorum generibus, & de scansione. Sed 2.
quia nihil hæc à latinis discrepant, actum 3.
non agam. Petantur ergo ex Prosodia latina. Nam ut ab Hebræis, primis poëtices autoribus, ad Græcos: sic ab his ad latinos, & à latinis ad nos, tota hæc ars, ut & cæteræ omnes propagatæ sunt. Facili itaq; negocio

constituens syllabam. Sequentes verò duæ
 pertinent ad syllabas constantes ex pluri-
 bus quàm una litera. Latini hæc minus
 anxie discernentes, duabus prioribus con-
 tenti sunt, iuxta versum : ἀφαιρέσις ἀ-
 ρπονit caput id, quod ἀφαιρέσις aufert.

III. Ἀναδίπλωσις, id est, geminatio,
 est repetitio primarum vel secundarum
 syllabarum, per easdem consonantes vel si-
 miles, in dictionis principio, ut, κεκάμω-
 σιν pro κάμωσιν cum laborassent : (ἀόρ. β.
 coniunct : vel est augmentum preteriti
 medij :) ἀταρτηρὸς ὁ ἔη [pro ἀτηρὸς, id
 est, χαλεπὸς, contumax, molestus, conuiciato-
 rius, παρὰ τὴν ἄπην, ab ἄπην, id est, βλά-
 πην. Vel ἀπίνω. ὦ, id est, capio, λαμβάνω. Ἐ-
 μὲν ἔσθητικῶν. Hinc ἄτη, ἣν εἶδεις ἔλει-
 λαθεῖν.] ἐτήτυμον pro ἔτυμον, verum.

IIII. Ἄρσις (ab ἄρῳ, id est, aufero) est
 abiectio syllabæ geminatæ in dictionis
 principio, ut : βλήσθαι abiectio augmento
 pro βεβλήσθαι iaci : δέχθαι pro δεδέχθαι,
 suscipi : βλημδύσθαι pro βεβλημδύσθαι, ia-
 culo vulneratus.

V. Ἐπένησις, id est, interpositio, seu
 ἐπένησις

Ἰπέκτασις, id est, porrectio vel extensio, est vocalis aut diphthongi facientis syllabam, additio in medio dictionis, ut, εὐτείχεον pro εὐτάχον bene munitum, muratum: [Dicitur Ἐ εὐτάχης Iliad: α.: πόλιν τρωίλω εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι, id est, καλῶς τετάχισμῶλω] ἀδελφείος, pro ἀδελφός frater: πολεμήϊα, pro πολέμια bellica, ἔς.

VI. Συγκοπή [id est, concisio proprie, Lucian: πολλοὺ φίλῶσι συνεκόπησαν, id est, ut Cicero inquit: Multae amicitiae discissae potius quam dissutae.] est abiectio vocalis aut diphthongi facientis syllabam, à dictionis medio, ut, κάμμορς pro κακόμορς infelix: δάσκιον pro δασύσκιον, id est, oracum.

VII. Παρένθεσις [ἀ παρὰ, ἐν, ἔ τιθῆμι quasi, iuxta interpono, Ich setz neben ein] latine interpositio, est additio vocalis subiunctivae, vel υ in medio, non facientis syllabam sed diphthongum, ut κενὴ pro κενῆ, (id est, vacua, vana, inanis) νόσος pro νόσῳ, morbus: ξένος pro ξένῳ, id est, hospes.

VIII.

VIII. Ἐλλειψις est abiectio vocalis, non facientis syllabam, è medio dictionis: seu est abiectio vocalis subiunctivæ, vel ex diphthongo, ut: ἀμάξαι pro αἰμάξαι cruentare: γεραιὸν pro γεραιὸν senem.

IX. Διπλασιασμός, (latine duplicatio,) est geminatio seu repetitio eiusdem consonantis non constituentis syllabam, in dictionis medio, ut: ὄτι pro ὅτι: μέσον pro μέσον: ἔνεπε pro ἔνεπε dic: ὀππότε pro ὀπότε & ὄ,τι. τε quando &c.

X. Παρέλειψις [ἀπαρλείπω quasi dicas, Ich wirff von der seiten neben wege] est quando una geminarum consonantium omittitur in medio, ut, κάλιον pro κάλλιον: ἴατον pro ἴατην, &c.

XI. Παρέμπλωσις [ἀπαρῶ, ἐν, & πίπλω id est, quasi iuxta incido, Ich fall neben ein] est in dictionis medio, consonantium, que non efficiunt syllabam, cum alia consonante coniunctio, ut: πόλις pro πόλις [hinc πολίπορος vel πολιοπορος] ὁ ἔη, id est, πολέμιος] πόλεμος pro πόλεμος [Hinc

[Hinc Νεοπτόλεμος, appellatiuè pro tirone sumitur in militia, Ein junger Kriegsmann. Deinde etiam est agnomen Pyrrhi filij Achillis, ex Deidamia.]

XII. Ἐκθλιψις est huiusmodi consonantis, que non constituit syllabam, ex medio dictionis extractio, ut pro σκῆπτρον σκῆπλον, &c. Hic iterum obseruandum est, Latinos has figuras omnes sibi inuicem oppositas, & ad dictionis medium pertinentes, in duo quasi capita contrahere, ommissa ἀκροβολογία: iuxta versum: *Syncopa de medio tollit, quod epenthesis auget.*

ἄλλο σκῆπτρον, ἄλλο πλῆκτρον. Dicitur in Polypragmonas, & Sciolos. Ut & illud Appellis: Ne sutor ultra crepidam.

XIII. Περαχηματισμὸς seu παραγωγή, est appositio syllabæ ad dictionis finem: que fit primum in omnibus datiuis pluralibus in σ terminatis, quibus apponitur ι, vel simplex, vel cum υ, ut λόγοισι, vel λόγοισιν, pro λόγοις. μέσασι, vel μέσασιν, pro μέσασ. τοῖσι, vel τοῖσιν, pro τοῖς, &c.

Sic etiam tertijs personis verborum singularis & pluralis numeri desinentibus in ε vel ι, quacumq; litera dictionis alterius sequente, additur υ, item Datiuis pluralibus

pluralibus quinta declinationis, ut : τῶ-
 πῶσι. ἔτοπῶσι, λέξωσι etc. Sed ibi non cre-
 scit syllabarum numerus, Deinde in omni
 genitivo singulari quarta declinationis
 simplicium, Poëticè apponitur. ο μικρὸν :
 ut : ἡ ἀλώσι, τῆς ἀλώσι, pro ἀλώσι. ὁ μενέ-
 λεωσι, ποδὸς μενέλεωσι ἔ μενελεώσι. Vbi etiam
 penultima Syncopata est, metri causa. Po-
 stremò habent proschematismum sylla-
 bam Φι ἔ nomina ἔ pronomina, fiunt ἔ
 ferè indeclinabilia, ut : ἑτέρηφι pro ἑτέρῃ :
 εὐνήφι pro εὐνῇ : στρατόφι pro στρατῷ : ὄσει-
 φι pro ὄσειον : ὄρεσφι pro ὄρεσι : αὐτόφι pro
 αὐτῷ etc. De hac syllaba Paragogica, no-
 tentur hic obiter verba Urbani, qui in se-
 cundo grammatices sua libro, de datiuo
 singulari secunda simplicium, sic inquit :
 Patitur (hic datiuus) etiam παραχημα-
 τισμὸν τῆς Φι συλλαβῆς, ut : παλάμηφι
 (palma manus) ἀντὶ ἔ παλάμη. Quæ fi-
 gura etiam in alijs casibus tam singularis
 numeri, quàm pluralis, apud Poëtas fre-
 quentissimo habetur in usu: nec solum in
 hac secunda declinatione, sed ἔ in alijs :
 In Pronominibus etiam ἔ Aduerbijs :

Sic ἵζηφι
 adverbialis-
 ter dicitur,
 id est, foris,
 Et id genus
 alia, ἀντὶ ἔ
 ἑκτοφι, ἔ-
 τῷ ἔστι, ἔξω
 τῶν ἵζηων
 Draussen.
 Hesiod :
 οἴκοι βέλ-
 τερον εἶναι
 ἐπεὶ βλα-
 βερὸν τὸ
 ἵζηφι.
 Fol. 258.

K

nec

nec discernuntur casus, nisi ex orationis sententia: quoniam nulla datur horum certa formatio. Hæc Urbanus. Exempla ibi collecta studiosi aliquando ipsi inspiciant: unde falli intelligent, qui terminationem istam in dativis tantum, vel paucis admodum casibus, usurpatam contendunt. Sunt & alij proschematismi, usu discendi, ut $\tau\epsilon\sigma\omega\pi\alpha\tau\alpha$ pro $\tau\epsilon\sigma\omega\pi\alpha$ persone: $\epsilon\gamma\omega\upsilon\eta$ pro $\epsilon\gamma\omega$.

XIIII. Ἀποκοπή est ablatio syllabæ finalis, ut $\delta\omega$ pro $\delta\omega\mu\alpha$: $\xi\alpha\gamma\alpha\upsilon$ pro $\alpha\gamma\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$: $\tau\omega\iota\delta\rho\omega$ pro $\iota\delta\rho\omega\tau\iota$: $\tau\omicron\nu\iota\delta\rho\omega$ pro $\iota\delta\rho\omega\tau\alpha$: $\tau\omicron\nu\delta\pi\omicron\lambda\omega$ pro $\delta\pi\omicron\lambda\omega\alpha$ &c. Apud Dores Apocope etiam literæ à fine ablatio est. Dicunt enim $\alpha\upsilon$ pro $\alpha\upsilon\alpha$ & in compositione & extra compositionem: Item $\pi\alpha\epsilon$ pro $\pi\alpha\epsilon\alpha$ siue vocali, siue consonante sequente. Sic genitivos ac dativos singulares nominum in σ finientium quintæ præsertim declinationis, frequenter formant à nominatiuo, ablato tantum σ nominatiui, & addito articulo, ut $\omicron\alpha\gamma\alpha\varsigma$, $\xi\alpha\gamma\alpha$, $\tau\omega\alpha\gamma\alpha$, &c. pro $\xi\alpha\gamma\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ $\tau\omega\alpha\gamma\alpha\upsilon\tau\iota$. Cuius formæ adhuc est etiam apud Latinos $\omicron\iota\eta\sigma\tilde{\epsilon}\varsigma$, $\tau\omega\iota\eta\sigma\tilde{\epsilon}$.

ἰησῶ, τῶ ἰησῶ, τὸν ἰησῶν, ᾧ ἰησῶ. Solus enim accusatiuus iuxta analogiam formatur: reliqui casus omnes fiunt à nominatiuo per litera finalis Apocopen.

Notatiuncula.

Vt Greci: sic etiam latini, duas tantum sibi inuicem oppositas in scansione vltima syllaba, figuras agnoscunt, iuxta communem vtriusq; versum:

Apocope tollit finem, quem dat Paragoge.

XV. Ἐκτασις, latine productio, est mutatio vocalis natura breuis, aut ancipitis correpta, in longam: ut κῶρη pro κῆρη puella. κῆλος pro κῆλός.

Sequuntur iam alie quedam figure tam ad primam & mediam quam ad vltimam syllabam referende.

XVI. Συστολή latine correptio, mutatio est ancipitis producta, aut vocalis natura longa in breuem, ut Φυσίζωα αἶα alma tellus (ἢ τὰ πρὸς ζωὴν φέρουσα ἔδωκε μένη) pro Φυσίζωα ὀέη. Ξερὸν pro Ξηρὸν, aridum.

Notatiuncula: Systole Ionum

est propria, quemadmodum ἔκτασις Atticorum & lingue Dorica. Occurrunt autem & apud latinos hæ figura, sed non nisi per licentiam usurpata. Vnde versus:

K 2 Corri-

Corripit, ut steterunt, productam systola vocem.
Ectasis Italiam producit corripendam.

XVII. Συνεκφώνησις seu συναίρεσις, sed *improprie*: seu σύζυξις, seu Ἰπισυναλοιφή est figura opposita diresi, cum videlicet duae syllabae commiscantur in unam: id quod fit quatuor modis, de quibus supra in quinta regula de syllabis natura communibus, dictum est.

XVIII. Διαίρεσις, latinè *dis^uisio*, est resolutio, vel disiunctio unius syllabae in duas, ut πᾶς, pro πᾶς, κῆλον pro κῆλον cauum: βέλε^σ pro βέλες sagitta: εὖ pro εὖ bene: αὐλή pro αὐλή, &c. Huc pertinent Versus:

Syllaba de binis facta, extat ἐπισυναλοιφή:
Dicitur in binas partire διαίρεσις unam.

XIX. Differunt Ἰπισυναλοιφή & συναλοιφή. Nam Ἰπισυναλοιφή conglutinatio est duarum syllabarum in unam, fitq; tantum legendo seu scandendo metri causa, ut in exemplis supra citatis videre est.

Vnde

Vnde etiam propriÿssimè σωενφώνησις dicitur à σωενφώνειν, quod est, enunciando simul efferre. At σωαλοιφή est collisio, quæ etiam scriptione exprimitur, cum videlicet duarum inter se vocalium aut diphthongorum concurrentium altera eliditur: Vel, est duarum vocalium aut diphthongorum in unam vocalem aut diphthongum unio, atq; mutatio, quæ fit abiectioe tonorum. Estq; duplex: Simplex & Composita: Simplex fit tripliciter: I. Per elisionem, ut: Ἐγὼ ἐμὲ pro Ἐγὼ ἐμὲ ad me. II. Per Crasin, ut: τὰ μὰ pro τὰ ἐμὰ mea: μηρετὴ pro μὴ δρετὴ: ὦταν pro ὦ ἐπὸν, heus bone vir. [ἔτης παρὰ τὸ ἐτὸς dicitur, quasi ὁμοέτης: ἢ παρὰ τὸ ἐτέος, τετέστιν, ἀληθῆς Φίλος.] III. Per Synæresin propriè sic dictam, ut Νηγεῖδες pro Νηγεῖδες. Composita fit quadrupliciter. I. Per elisionem & Synæresin, ut: καὶ γὰρ pro Ἐ ἐγὼ: καὶ πὶ pro Ἐ Ἐγὼ. II. Per elisionem & crasin, ut: ἐγὼ μὲν pro ἐγὼ οἶμαι: ἐγὼ δὲ pro ἐγὼ οἶδα. III. Per crasin & Synæresin, ut: ὠπάλος pro ὁ αὐπάλος, id est, αἰγόνος νόμος.

νόμῳ, id est, caprarius. IIII. Per eli-
 sionem, crasin, & Syneresin simul, ut pro
 ἔειπα dicitur νόστα & deinde &c. Note-
 tur autem hic obiter discrimen inter Sy-
 neresin & crasin. Syneresis enim proprie
 est duarum vocalium seruatarum in diph-
 thongum contractio, ut: τέχει, τέχεα.
 Crasis verò, cum aliqui due vocales, seu
 vocalis & diphthongus commutata, in u-
 nam vocalem aut diphthongum commi-
 scentur, ut: τέχεῖ, τέχης: τέχεα, τέ-
 χη. Quanquã hac non rarò confundantur.

DE FORMATIONE
SYNALOPHES.

Solent autem de hac figura certa tra-
 di regule, quas breuiter subiiciam: I. Ex
 diphthongo, quales sunt οι & οι, item ει
 facta ex iota ascripto & vocali sequenti,
 fit Synalæphe, iota de diphthongo vel su-
 blata, vel (si potest fieri) post contractio-
 nem subscripta, ut, ἐμῶν pro ἐμοῖ ἐφῆ:
 καὶ γὰρ pro ἔγω. Seruato semper accen-
 tu in loco posterioris dictionis, ut & καὶ πῖ
 pro ἔπῖ &c. II. Ex vocali & sequen-
 te ex

te ex iota diphthongo, crasis, (id est, commixtio vel contractio) fit in diphthongum, iterum iota vel abiecto, vel subscripto, ut in priori: ut σῆδα pro σὲ οἶδα te noui: ἐγώμην, ὠπόλῳ &c. pro ἐγὼ οἶμην, ὁ ἀπόλῳ.

III. Ex duabus diphthongis fit crasis in unā diphthongum, si iota primum ex precedente diphthongo elidatur, & sequentis diphthongi iota post contractionem vel subscribatur, ut ὠπόλοι pro οἱ ἀπόλοι, κᾶτα pro Ἐῖτα: vel & ipsum una cum priore, omnino abiiciatur, ut, ἔσι pro οἱ εἰσι qui sunt, &c. * IIII. oo in α mutatur, ut τὸ

ἀγαθόν, τὰγαθόν etc. Sed eo, oe et oo perpetuo

contrahuntur in ε, siue sint in eadem, siue

in diuersis dictionibus, ut, πρῶδωκας

πρῆδωκας, id est, prodidisti: πρῶπλον

πρῆπλον præcognitum: πρὸ ἔργε, & εὔσι,

πρῆργε [Das die mühe verlonet / oder

Das der mühe wert ist / opera precium]

τὸ ὄνομα τῆνομα nomen: & τὸ ἐναντίον,

τῆναντίον contrarium &c. Hæc de

Synalæphe: De qua vulgaris apud Latinos

versus extat: M, necat ἐκθλιψις, vo-

K 4 calem

In contextu

tamen ora-

tionis scri-

bitur, οἱ εἰσι

& εὔσι,

propter en-

cliticam.

calem aufert συναλοιφή. Sed quenam in his duabus figuris, latinorum à grecis varietas sit, studiosi per se facile ex modo dictis, etiam me tacente intelligent.

XX. Μετάληψις, latinè transsumptio est, mutatio literæ in uno eodemq; loco, ut, ἡπεδανός, pro δπεδανός. debilis: αἱμηπότης, pro αἱμαπότης [Sanguisuga, Φονεύς, id est, homicida, Ein Bludhund oder Bludgizriger. Dicitur hæc figura aliàs etiam ἀντίθεσις & ἀντίσιχον, unde versus: Ἀντίθεσιν νορῖς, aut ἀντίσιχον haberi, Occupet alterius sociam si litera sedem. Ut apud latinos, Olli pro illi: Impete pro impetu: Vpilio pro Opilio.

XXI. Μετάθεσις, (id est, transpositio) est translatio literæ ex ordine, vel loco proprio in alterius locum, iuxta versum: Ordo est Μετάθεσις mutatus literularum, ut, δαρπὰ pro δραπὰ facta: καρδία pro καρδιά cor, κάρις & pro κέρρις, fortitudo seu robur. Mirum autem est, quàm Poëta greci in hoc μεταπλασµῶ sint audaces.

Transfor-
matione seu
transfigu-
ratione. Ponitur enim
generaliter
pro qualibet
figura, seu permuta-
tione.

XXII.

XXII. & Ultima: Τριῆσις, id est, sectio,
 est resolutio dictionis compositae in suas
 simplices, ut, ἀκροπόλις pro ἀκρόπολις
 [arx, ciuitatis propugnaculum, ein Festung /
 id est, summa ciuitas.] Atq; hac quidem
 de praeceptis Prosodia graeca tironi-
 bus bono animo proposuisse
 sufficiat.

ΤΕΛΟΣ. τῶ θεῶ τῶ μονοσό-
 φῳ δόξαν

IN VITAM SEV
MILITIAM SCHOLASTICAM : Carmen Præfationis
loco recitatum à quodam discipulo , in examine Scholastico
vernali Anno 68. Seruestæ
ad D. Barthol. 3. Calend. Maias.

Ἐὐν θεῶν, ἀνδρῶν ἔσθ' εὐτοχεῖ βροτῶν.

Sacra nouenarum tenui delubra sororum,
Militiamq; gregis, qui Palladis incolit arcem :
Quo duce, quos sæuos aduersus militet hostes,
Et quæ sint teneræ subeunda pericla cohorti,
Aggredior breuiter (si fas) exponere versu.

Tu modò Rex superùm feliciter annue cœptis,
Vt tibi grata canam, totiq; salubria vitæ :
Totq; virùm circumfusæ placitura coronæ
Doctorum, studijsq; , & moribus apta iuuentæ.

Tuq; vel imprimis des hæc in carmina vires
Nate Deo, magni soboles ô magna Tonantis ,
Per quam dicta patri est hæc machina totius or-
Dexter ades, roburq; tuis infantibus auge. (bis :
Fac λόγῳ sancte tui sint rore salubriter oris
Sparsæ, salutari pietateq; carmina tincta.
Ne quid ab infantis malè prudens excidat ore,
Quod tua non sapiat diuini oracula verbi.

Si

Si tamen hanc pueri maiorem viribus ausus
Suscipere, haud digno balbus deduxero versu
Materiam: ô virtute viri, meritisq; fideq;
Tum cana pietate graues: audacibus ausis,
Candoris memores, ignoscite: & auribus æquis
De tantis puerum **C O N A N T E M** dicere rebus,
Exaudite precor, mentemq; adhibete benignam.
Non me vexat enim laudis vesana cupido,
Nec leuis ingenij tenet ostentatio mentem,
Sed monitis æquum est fidi parêre Magistri,
Vtilibus monitis, tam fida mente profectis.
Nam parêre, quibus parendum, est maxima virtus.

Ergo poli Doctor, quo non sapientior alter,
Progrediens ex ore patris, natiq; verendi,
Spiritus alme Deus, nostris allabere cœptis,
Tu quoq;: dans animis motum, rebusq; vigorem.
Me præceptoris pia iussa capeffere fas est,
Tu calamum balbæ stridentem dirige linguæ,
Per te etiam balbi non importuna loquuntur.

At quis erit tandem tibi stulta calumnia finis?
Quis modus infandi, quæ spes, quæ meta furoris?
Dum vomis in doctas fœdissima probra Camœnas,
Suspectasq; facis, qua fraude, quibusq; nefandis
Insidiosa dolis, **T E N E R O S** auertere tentans.

Iam carpis vacuû, tanquam illaudabile tempus,
Quod Musis datur: hinc vanas sine fruge Camœ-
Tractari nugas, pleno mentiris hiatu. (nis

Deniq; nil vnquam tibi visum insuauius æui,
Magnarum suavi quàm quos indagine rerum

Otia

Otia delectant animos, & amena voluptas.

Nos tamen hos ipsos facimus non vnus assis
Stentoreos sine mente sonos, & inania verba.
Haud etenim vanas sic raptat opinio mentes
In ficta, vt fucum fieri patiamur inert
Clamorum strepitu: firmis rationibus armat
Nos ratio: firmosq; facit: Quid castra Mimeruæ,
In quantum distent reliquis à fecibus: atræ
Quantum noctis habet nimirum ianitor Orci,
Ad Stygias inhians tria CERBERVS ora paludes,
Splendida flammantis si respicis atria Phœbi.
Haud siquidem est alius vitæ sublimior ordo,
Quam qui cum Musis clari incolit atria Phœbi.

Edocet id primi cœlestis origo parentis:
Edocet erepti medijs ex faucibus Orci,
Tartareoq; lacu, tua per sacra vulnera Christe:
Edocet arce poli venientis gratia flatus.

Nam si vera canit mentiri nescia vatum
Musa: rubescenti genitum tellure parentem
Humani primo generis, sub imagine parua
Effigiem retulisse Dei, formamq; creatis,
Infirmo magnumq; habitans in corpore Numen:
An dubites, nostri quin deditus agminis ordo
Diuini studijs verbi, mentisq; paternæ: (tur:
Præstita vota Deo, quæ, quomodo, quando proben=
Quos sibi deferri cultus, quos laudis honores
Expetat ipse PATER, qua sit pietate colendus:
Talibus, an dubitet, studijs quin deditus ordo,
Ordine sit reliquo vitæ præstantior omni?

Nam

Nam quocunq; oculos vertas, hæc vltima meta
Humani generis, supremaq; linea: summus (est
Quam pater ipse homini præscribens, sensib. imis
Abdidit, atq; ideo diuinæ contulit auræ
Particulam, ne quid potiusue, priusue putemus,
Quam quo sit iusto venerandum numen honore.

Ast minimè extendunt hanc (inquis) vela. Cæ
Ad metã, sed mille modis deflectere cernes (mænæ
A verò, si prisca libet reuocare Lycea,
Longius & ritus voluendo mouere Sacrorum.

Non equidem infitior: doleo magis, atq; tene
Deploro, sapiens quibus olim mersa vetustas (bras
Vixit, & iccirco pede conculcare Camœnas,
Ingenuasq; artes: furor est insignis & amens:
Nec simplex (mihi crede:) nefas, sed morte piandū.

Nã Musæ quãuis iter haud ad sidera monstrēt:
(Propterea nec enim Musarum discimus artes:)
Sunt tamen ipsæ artes de vero rite docendi
Instrumenta Deo, deq; alto tramite cœli.

Sola viam monstrant diuini oracula verbi,
Ianua quæ cœli pateat mortalibus ægris
Ad dulces patriæ sedes, vbi fata quietem
Ostendunt stabilem, post tot discrimina rerum.

Sed Philo quam Sophiam celebrant, habet or=
gana rectè
Ordine, perspicuè, ne desit, ne quid abundet,
Deniq; perplexis ambagibus absq; docendi:
Vt sit quisq; poli vero de tramite certus.
Incassum siquidem cœlorum regna patebunt,

Atq;

Atq; polos noua scandendi concessa potestas,
Portaq; clausa, viris ad sidera celsa reclusa:
Ni fuerint, homines de religione docentes,
Monstrantesq; viam. Vulgi quia lubricus error
Pronum iter ad lapsum, tenebrosa per auia, ducit.

Quale sub autumnano, somni crescentibus horis,
Pauperie, atq; fame pressus si fortè viator
Carpit iter noctu, dubius quibus orbis in oris,
Nubibus obducto Ioue sub iactatus, oberret.

Nuncq; viam manibus, pede nunc vestigia summo
Palpitat explorans, hinc atq; hinc vndiq; septus
Horrendis tenebris, densa & caligine rerum:

Sollicitus, loca qui teneant, hominésne, feréne,
Cum subitò emicuisse facem conspexit, & igni
Eminus accenso properans letatur inani:

(Infelix) fatuo donec deceptus ab igni
Vel perit in fovea, vel gurgite mergitur alto.

Nam dum fallacem vestigia flectit ad ignem,
Incautusq; facem sequitur per opaca locorum:
Flamma rotata fugit nunc huc, nūc mobilis illuc:
Nec prius extinctum volitans per inania lumen
Constat, in exitium quàm traxit ponè sequentem:

Sic leuis errantes erroribus implicat error,
Nec prius absistit, quàm victor perdat vtrumq;
Dum cæcus cæcum, stolidus dum ducit inertem.

Nec me illi doceant, quos cum tempus iubet,
aut res

ὄργιστορμείν, sacra dilacerant oracula vatum,
Non secus, ac catulos cernis conuellere pannum

Mordicus

Mordicus, aut laceras miserè discerpere vestes.

Vtq; cocus, malè qui didicit præcepta secandi,
Articulos si quando rudis dissolvere nescit,
Difsecat: & casu methodi præcepta refutans,
Robustos præsert artus rationibus artis:
Sic multi plebis vanis clamoribus aures
Indoctas complent, dant ex fulgoreq; fumum,
Non lucem: malè dispositis qui currere remis,
Quodq; parum norunt, alijs proponere tentant:
Carbones vice thesauri, pro numine nubem
Complexi. Magno siquidem conamine nugas
Fumosi spargunt: ausi vel rodere Phœbum,
Musarumq; gradus, & doctas turpiter artes.

Quippe rudes, quam desperant contingere metâ,
Carpunt insulsè: sic liuida pectora produnt.
Et cum sint minimè fidi: tamen esse videntur.
Nam fidos iactant, quibus est persuasio mentis
Vana: licet subsit ieiunis nulla supellex.

Quisquis erit tali (procul esto calūnia dictis)
Ingenio malè secato, nec mente serena,
Fallor, an eructans plenis temeraria tela
Buccis, ex spisso ceu fulminat aëre nubes:
Gesticulans digitis, tollens cristasq; superbus,
Verberaq; admiscens patruæ subatrocia vocis?
Hei mihi, quanta mouet de lana sæpè caprina?
Turgida præ nimio distortuens labraq; fastu
Suffenus, reliquos præ se stolidissimus omnes
Despicit, ut solus sapiens, ita solus ineptus.
Nanq; acie cunctos mentis, se iudice, vincit.

Vtq;

Vtq; sit ante alios vulgari acceptior auræ,
Proijcit immundis non debita balsama porcis,
Egregiè gradicens super assentator aristis.
A quo quisq; sibi caueat, ceu peste, veneno:
Et quo maior erit, minus hoc sibi vendicet ipsi.
Haud aliter siquidem tu parua Sarepta superstes,
Regnorum affigens scopulis Ecclesia nidos,
Stabis, & à fucis præsepia libera Christi,
Haud sanabunturq; aliter tua vulnera sæua,
Imperioq; lacer status ô Respublica toto.
Si tamen imperij nomen sic pressa tueris.

Sed nimis ista scopo deflectunt, contrahere vela,
Inq; viam mea Musa redi, nec longius exi:
Fac tandem optato potiantur carmina portu.

Agmine Musarum non excellentior vsquam
Ordo, chorusue viget: famulantur cætera ventri,
Ars colit ingenium: tantum quod corporis inter
Extulit ossa caput, quantum polus altior orbe
Terrarumq; fretiq;, & qui super euolat, ignis.

Ingenium pars illa fuit, spiramine vitæ
Quam pater aspirans, radijs coelestibus auxit,
Afflauitq; bonus diuini pectoris aura.

In qua perfectè, si mens non læua fuisset,
Fulserat effigies, & sanctæ mentis imago,

Insidijs sed enim postquam est amissa colubri
Integritas, caræ miseratus viscera gentis (Rex
Ipse Φιλόσοφος) pater optimus, atq; hominum
Delicias te Christe suas descendere Olympo
Iussit, vt inserti tibi seruaremur ab Orco.

Nec

Nec mora, consilium magno compulsus amore
Qui dederas, fers auxilium : lapsisq; parentem
Sanguine concilians, spoliis Stygis atria, Dite
Fortior : ereptosq; in sceptris priora reponis.
Pro grege sponte petens pulcram per vulnera
mortem.

Inde polos sublimis adis, tua prisca reuisens,
Ereptis leto membris, ruptisq; catenis,
Regna patris, qui cū moderaris, & omnia seruas,
(Tantæ molis erat coelestem condere gentem)
Utq; ratum sit opus, paracletum mittis ab alto,
Qui Stygium trepidos aduersus protegat hostem.

Hinc summi rursus patris instauratur imago,
Ingenioq; redit vis pristina, gloria, honosq; :
Atq; noua pulsis tenebris mens lampade fulget,
Agnoscitq; Deum, quem grata voce celebrat.

Talia cuncta probant, animã præstare macello
Corporis, obsessam torquentis carcere mentem.
Ergo iubent eadem plebi præferre Camœnas
Ignaræ, cui sunt manus utraq; sordibus auri
Infossæ, nunquam mentesq; ad sidera tollunt,
Tantum oculis inhiant, cœno lumbricus ut, auro.

Sola viris sursum vultus sapientia tollit,
Sordibus & spretis, animos docet astra tueri :
Dum reliquos occæcat amor sceleratus habendi,
Siue voluptatum, quæ captant, stercora, porci.

Adde quod humanam, fragranti nidore ab ara
Palladis exurgens, vitam se fundit in omnem.

Sicut enim liquidos stillantia balsama succos

L

Illita

Illita temporibus, recreant caput, atq; cerebrum:
Spirituumq; modis miris, vt flammula luce
Plenior exultet, faciunt: sic ara Mineruæ
Ambrosia redolens, fertisq; perennibus halans,
Semper odorato spirat fragrantia thure,
Suauiter & reficit, ceu dulcibus, omnia riuus
Fonte caballino deductis: limpidus vnde
Defluit humor, equi quem præpetis vngula rupit.

Accipit hinc thalamus, sua præmia iusta, paræ
Oeconomosq; pios: hinc doctos curia Reges (tes,
Accipit, heroesq; ducum quos castra sequantur.
Scilicet Aonidum chorus hinc quoscunq; colonos
Educat, & dignos ad munia deniq; mittit.

Ergo Musarum studijs, generosa iuuentus,
Dum potes, & licitū est, incumbere, nec aspera pro
Degener absistas, sed contra audentior ito, (pter
Fortiter atq; breuem discendi vince laborem:
Si modò discendi labor est, non summa voluptas.

Constat enim, primos sese oblectasse parentes
Naturæ studijs arcane, & viribus ipsos,
Tum quoq; delicijs cum tot fruerentur in horto,
Quot polus astra rotat, quot arenas flumina læbūt,
Vere nouo patula numeras quot in arbore flores,
Nullus & humane quantas capit indole mentis.

Nam quid iucundum magis, ac penetralia rerū
Scrutari, mentisq; aciem res figere in imas?
Ni stupidis asinis stupidus magis esse labores,
Dum quasi cæcus abis, nunquā ardescisq; tuendo,
Infelix, viua non captus imagine rerum.

AU

Aut ignauus, iners, utramuis stertis in aurem :
Plumbeus, haud quicquã donatus acumine mentis.
Quin nebulas oculis absterge, atq; altius vltro
Inquiras, auidus rerum cognoscere causas.

Heu mihi, quanta fuit primi sapientia secli,
In quo cana fides populis, Astræaq; virgo
Iura dabant, patrio de more: furentibus armis,
Et Mauorte Deo, Ianoq; bifronte remotis.

Tum vigor ingenij, tum flos ætatis, & ipsa
Indita vita viris, tum summa modestia, summus
Tum pudor, ac pietas: tum sana in corpore sano
Mens erat, & Christo ceu viua sacella patebant
Pectora, quæ sancti lustrantur flaminis aura.

Tum sacra vidisses florere Lycea sororum:
Cantando longos tum vates condere soles.

Nam nisi quid toto naturæ ludus in orbe
Vnus erat? viua vitæ documenta beatæ
Grandæui pueris tradebant voce parentes,
Mulcebantq; animos, & cerea pectora dictis.
Ipse etiam ad mores teneris pectuscula matres
Primo informabant natis cum lacte decentes.
Haud tum dirus erat pœnæ metus ἐργασίας,
Sed studium virtutis agebat ad optima mentes:
Pulsis è medio vitij, vatumq; reclusis
Aris, atq; focis: populisq; sequentibus vltro,
Atq; volente D E O, ponentibus aspera corda.
Nam pietatis amor fasces, & sceptrum gerebat.
Ergo regnabat toto gens aurea mundo.

At hodie spretis Musarum pube, focisq;

Præponunt auri rabiem pietatis amori,
Instillantq; sitim nummi cum lacte parentes.
Proh dolor, aucupio teneris assuescere ab an-
nis

Cogitur, & superos ex alto temnere natus:
Ut tantum cumulare per impia scœnora nummos,
Atq; animam lucro periturus vendere discat.
Ergò tot humanam modò vitam monstra fati-
gant,

Immanesq; feræ, quot summo gurgite fluctus
Oceanus tollit, si quando procella coorta est.
Ipsa gemit spoliata viris Ecclesia doctis,
Et proprio sentit natorum in vulnere pœnas.
Pauperis ast Iri querulas comprehendere voces
Quis se posse metro speret? quem curta supellex
Hinc premit, hinc obstat virtuti angustia rerum:
Parte alia Crassi premit inclementia ditis.

Ipse etiam queritur, rerum portenta potiri,
Ad stiuam, clauus, quàm res magis apta gerendas.
Degener egregiæ dum baiulus imperat vrbi,
Atq; sequi leporis coguntur signa leones.

Heu mihi quàm pauci Curij, vix vnus & alter
Scipio: quis Fabij similis? quis amantior æqui,
Quàm nummi, Venerisue? fames sedet improba
nummi

Ad clauum, reliquo latè Paris imperat orbi,
Aut spurcus Cleopatra tuus sine lege maritus.
Quos nulla afflictæ viduæ miseratio tangit,
(Tantus habet mentes stupor:) oppressoq; clienti
Ærumnas

Ærumnas duplicant: cassa nuce viscera Christi
Vix redimant, cassa aut si quid nuce vilius ipsa est,
Turbantes thalamum: thalami quia fœdere ludunt,
Ut pueri astragalis. tum iactant cærea iura,
Quæ sursum citius contendant, atq; deorsum.
Sic etenim fauor ipse rotat τετραγώνιον æquum.
Scilicet vt pondus propelli sæpè globosum,
Vi cernis sursum, quod ad infima sponte recurrit:
Obtrectatores, qui debacchantur acerbè
In verbi nullo violandos iure ministros,
Lenonumq; artem quocunq; in fornice tractant:
Vtq; premant querulas per fasq; nefasq; cicadas,
Sæpius ex musca plus quàm faciunt elephantum.

Quicquid id est, digna Nemesis mercede repens
Nanq; datur tandè miseræ vindicta cicadæ, (det.
Dum gemit, & longos soles iam condere inani
Visa fuit strepitu: pressam post Iuppiter audit.
Tu puer à teneris, culturæ assuescito Phœbi,
Atq; aurem docilem monitis præbeto magistri,
Munus vt impositum quodcunq; fideliter ornes,
In statione manens, nec linquens transfuga
Spartam.

Sic Schola, sic florent Respublica, templa, Lycea.
Sic olim dabitur conuexi limen Olympi
Sub pedibus, nubesq; & sidera celsa tueri,
Atq; sedere poli super alto vertice iustis:
Sic vitam superùm perfusam luce perenni
Accipere, Heroasq; inter gestare coronam:
Quam rex ipse Dcùm radiantis lumine solis

L 3 Augebit

Augebit triplici, famulo tribuetq; fideli.

Felices animæ, quibus in penetralia Diuinum
Scandere cura fuit : si vis tamen, insite Christo,
Pars quotacumq; poli mansisse, & surculus horti
Ætherei, venerare Deum (sic itur ad astra :)
Ne contemne scholas, quia sunt plantaria cœli :
Deinde sacri vates quæ monstrant, arripe fila :
Hæc sequere, ad sedes ducent te fila beatas,
Ditis vt euadas fallacibus ex Labyrinthis.

Interea tamen hic non prælia pauca subibis.
Sæpè etenim (si parua licet componere magnis)
Duriter Aoniæ ad montes concurritur armis :
Nec multi ex Helicone, perenni fronde coronam,
Vulneribus vacui, partam sine clade reportant.

Ergo militiæ iam nunc assuesce Mineruæ,
Ire animis hosti in faciem puer esto paratus,
Fortiter & reprimas incursum, Palladis hasta :
Vt tandem gestes partam cum laude coronam,
Atq; trophæa loces celebris præclara triumphi.
Sed vix effugies infestæ tela sagittæ,
Ni prius insidias astuti, subdoleq; arma,
Tum gyros colubri, fraudesq;, dolosq; latentes,
Atq; Italas artes, suffusaq; mella veneno :
Toxica ni teneas letalia, milleq; formas,
In quas se vertit rabioso gutture Proteus :
Ipsam ni penitus furiosum noueris hostem.

Ergo quis aduersus vigilet te semper in armis,
Accipe : non parua est sapientia nosse Tyrannum :
Præuisamq; minus, constat, nocuisse pharetram.

Qui

Qui fuit alitibus Pluto de fratribus vnus
Principio, rex Tartareus, cœloq; sereno
Ortus, vt acceptas dotes effuderit vltro,
Aq; datore Deo dirus se auerterit hostis :
Et quibus aligeros in fratres horridus iris
Æstuet, inq; hominum miseros vt sæuiat artus :
Omnibus id notum satis, & meminisse necesse est.

Iam fremit æthereo deiectus culmine cœli,
Tectaq; senta situ colit, illæt abile regnum.
Hic vbi fortè datū est, tenebris torquere sub imis,
Heu frustra, & sero, vitæ commissa gementes,
Quos premit eterno damnatos carcere, manes.

Solus is erepto superas dominarier orbi,
Et premere imperio, somno, vinoq; sepultos,
Si qua fraude queat, iam tum tenditq; fouetq;.

Ergo serox nulli declinans lumina somno,
Vt leo sæuus abit, ventris stimulante furore,
Per nemus, horrifonis rugitibus omnia complens,
Crudelis : ponitq; vago vestigia lustris,
Deprensissq; ouibus tandem, custode remoto,
Irruit, haudquicquam multum latrante Lycisca,
Inq; pecus trepidum sitientia guttura pandit :
Sic Stygius coluber rictus diducit hiantes
In nostrum exitium, noctesq; diesq; palato
Absorbere avidus simul vno cogitat omnes.
In superos furijs odij stimulantibus actus,
Vt regni tantum dilatet, & ampliet oras,
Atq; sibi multos socios paret ignis Aueri.

Progeniem sed enim Nympharū à sanguine duci

Audierat, verbo Stygias quæ verteret arces.
Hinc populū CHRISTO REGI, cœloq; sacratū
Exire, & laudes summi celebrare parentis,
Id metuens, veterisq; memor iam fœderis icti,
Læuaq; Psalmographi recolens simul omina vatis:
Vbera qui sugant, nec adhuc certo pede signent,
Sed titubante solum, vix dum garrire parantes:
(Psittacus vt blaterans iterata vocabula reddit,
Haud gnarus rerum, quas garrulus egerit ore:)
Tanti euersuros imbelles atria regni.

Scilicet absurdum, valido non cedere incermem,
Aut timidos Damas acres superare molossos,
Gryphibus aut rapidis pavidas certare columbas,
Aut spumantis apri vires effringere ceruam.

Sed tamen ichneumon crocodili viscera rodit,
Paruulaq; è medio tollit mustella draconem.
Confundit molemq; elephantis ridiculus mus.
Ipse etiam (nec vana fides:) exterritus acer
Infami leo corripitur formidime, cantu
Auroram quoties audit prædicere gallum:
Qui summo excubitor residet sub culmine tecti,
Atq; exporrecto disperdit gutture carmen.

Nec dum sub Christo tantillo, vulnera cladis
Acceptæ exciderant animo. Dux agmmis idē est,
Omnis & in pueris fidi stat cura Magistri.

Quin videt aligeros tentoria figere circum,
Inq; aciem contra summo descendere cœlo,
Fratres, pro pueris ad proelia cuncta paratos:
Quis quoties frustra, manet alta mente repostum,

Sit

Sit certatum odijs : iam certa per omnia clades
Portendi similes : opus imi robore cordis :
Actum, ni caueat. Tristem cupit ergò ruinam,
Auersam regno : sed aperto Marte pusillis
Occursare timet. potior sententia visa est
Pectoribus teneris blandum instillare venenum.
Pro rigidoq; labore libidinis ocyus escam
Obijcere, & captis cæcas præstringere mentes.
Saga velut teneros cantando fascinat agnos,
Aut volucrem calamos inflando decipit auceps.
Illecebris si fortè potis superare cohortem,
Cassibus implicitamq; ferox abducere prædam,
Atq; duci spem conceptam subuertere Christo.

Nam quos rete fugat pisces, sæpè implicat hæc
Nec rarò effugiunt stridentis tela sagittæ, (mus.
Aërie, incautas quas post capit esca, palumbes.
Quippe, tenella, videt, quò sit procliuior ætas,
Quàm rectis ægrè monitis assuescere discat,
Despectæ quàm sint Musæ puerilibus annis.

Ergo blanditias subitò, Stygiasq; sorores,
Rex Erebi tenebris atri simul euocat omnes :
Pandoram, Veneremq; vagosq; libidinis æstus,
Diuitias, & opes, irritamenta malorum,
Et tibi, quæ iuncta est, rabiose Cupido, voluptas.
Sirenesq; necem prædulci voce struentes. (dim,
Tum Scyllam, mare quæ Siculū colit, atq; Charyb=
Gorgonas, Harpyias, Lyciã cum Sphinge Chimæ=
Et Circen, sata quæ vertendis Sole figuris, (ram,
In foedos hominum transformat corpora porcos :

L 5 Omnes

Omnes has Erebi tenebris rex euocat ater,
Infantumq; modos turbæ dat mille nocendi.
Ni faciant, docet imperij de fascibus actum.

Vix ea iussa dedit, surgit furor omnibus idem:
Ergò promptæ animis cocunt, opibusq; paratæ,
Vnanimesq; ducis mandata capeffere certant.
Infert ante alias se perniciosior omnes,
Dedita luxuries studijs ignobilis ocij.
Sed reliquas mundi superat regina voluptas,
Cui rabiosa libido, nihil moderabile suadens,
Addens se sociam, vesana pedissequa seruit,
Ponè comes sequitur socordia prodiga rerum.
Proh dolor, à tergo quanta hæc trahit agmina se-
cum.

Vera loquor, quoties Musarũ paruus alumnus,
Discendi cupidus, castæ delubra Mineræ
Castus adit, subito doctis hæc fraudibus adsunt,
Atq; mouent omnem lapidem, si forte morentur,
Incautumq; dolis, superent, tollantq; veneno.

Sed tu cautus eas, nec callem linquito recti,
Et blandum colubri discas horrescere virus.

Ipse ego, (nanq; libet mirum proponere fando
Casum:) non pridem faciens iter (ardua res est)
In biuium delatus eram: quò me pede vertam,
Quid faciam, quamue ingrediar, quò semita ducat
Vtraq; subdubito, dextrum petit altera callem,
Scrupea, difficilisq; aditu: petit altera læuum,
Leuior, inuitans emolli cespite plantas.

Hei mihi quam varias nunc huc, nunc anxius
illuc

In

In partes mentem rapio : cum se exhibet vltro
Fœmina virgineo vultu, sed fronte proterua.
Ac prior, heus, inquit, video te multa mouentem,
Vtri te credas calli : quidnam anxius hæres ?
Hâc sequere, hæc breuis est via, lata, nec aspera est.
Læticia per me poteris gaudere perenni. (vnti,
Multaq; pollicitans, ficta dulcedine vocis
Permulsisse studet. Quid enim carpere iuuenta
Perpetua, studijs pallens, vanoq; labore ?
Ver (inquit) vitæ prodis florentis & annos,
Quid te ipsum affligis, nec mundi gaudia præfers ?
Id superos credis curare ? quid astra tueris ?
Quidue incerta petis ? quid curis membra fatigas ?
Me sequere : hora perit, quam non beat alma volu-
ptas.

Turpe metu puerum torqueri, frena iuuentæ
Libera debentur, properat cariota senectus,
In quam tu frustra mœrentia gaudia differs.
Sic fata, incussit blandum sub pectus amorem,
Et stimulos liquit. Sed me veneranda retraxit,
Iussu missa polo Iouis, improuisa duobus :
Candidulis vlnis, leuiq; decentior ouo,
VIRTVS, quæ contra vultum demissa profatur:
O puer, ô monstrum fugito, cane peius, et angui,
Mellea verba sonat, sed fel latet intus amarum.
Castrâ voluptatis vanæ quicunq; sequuntur,
A rectæ prorsus deflectunt tramite vitæ :
Facti degeneres Epicuri de grege porci,
In quibus humani nihil est, nisi corporis vmbra.

Quo

Quò diuersus abis imprudens? respice finem:
Virginis ore tenus facies, verum hispida in anguem
Desinit horrendo sinuata volumine cauda.

Me cole, sanctorum pia me presagia vatum
Commendant pueris, & bis duo vulnera Christi,
Atq; cruore latus manans: & vota gementis
Matris, longa decem totos fastidia menses
Cui tuleras, castum recubans sub pectore pondus.

Sæpè quis ambages intrans, malè cautus eundi,
Pronum iter ad lapsum graditur, cladèq; perennè.
Nec facilè est reuocare gradū: nisi prima retexas
Fila, solet longam scelerum pertexere telam.

Disce timere Deum, qui cernit vt omnia iustus,
Sic nunquam duro patitur sine verberè fontes,
Pœnarum, vindex, impunes claudere vitam.

Nam lento licet ira gradu procedat, in ipso
Sæpè tamen NEMESIS sceleratos opprimit as
Aut certè duplici tandem vibice flagellat. (Ætu.

Ergo caue obsequium præstes ductoribus istis,
Non leue iudicium, nec futile nanq; deorum est.
Hei mihi quot memini petulanter spernere diuūm
Leges, atq; minas, præceptaq; fida parentum:

Quæ tandem implicuere gulam (miserabile) funes
Carnificis, serò cum vitæ turpiter actæ,
Disrupta ferula, duris post terga catenis
Pœnituit vinctos. docuit sic exitus ingens,
Quàm Veneris longè præstent mea castra furori,
Atq; voluptatis, quam iactitat ore, quieti.

Rumpe moras, cape saxa manu, cape robora:
blandum Quàm

Quam prius aspergat tibi VIRVS, deijce pestem.
Nullus enim Satanae labor est irrepere nassam,
Ast semel illapsis labor est euadere nassa.
Degeneres animos stupor arguit: exere vires.
Ardua principio videor proponere vitæ
Prælia, victori sed præmia larga rependo.
Nec tibi, (quid trepidas?) oneri sint Palladis aræ
Nam $\sigma\phi\iota\kappa\epsilon\varsigma$ spolijs olim victricis onustū (ma:
Ad fines patriæ dulces te castra remittent.
His ego permotus iam carpere desino læuum,
Ad dextrum rediens, casta præeunte Minerva,
Virtutisq; sequor callem non passibus æquis.
Sed tibi curriculum vitæq; operūq; Mineruæ,
Quo sine nil captum cedit feliciter vnquam,
Christe Dei fili trado, tu dirige gressus
Vnius ad laudes, quem mens colit ordine TRINO
(Nā Deus est vnus, patefactus in ordine TRINO.)
Tu famuli sis Christe tui dux, fautor, et autor:
Tu sis alueoli custos, tu maximus Heros.
Pelle lupos, tu pelle sophismata, pelle cothurnos.
Ne frugi noceant rixarum discute ventos:
Reijce spumantes doctrinæ à floribus apros,
Hereticos, inspiratis à flamine cœli,
Spargentes paradoxa furenter & absona, verbis.
Dum sacros inter latices sibi somnia fingunt,
Et fodiunt fædas viuo pro fonte lacunas.
Deijce pontificem Satanae, ne se inferat astris,
Tercentum raso, statuis, qui vertice, dinūm,
Obtrudens auro cœlum venale, Deosq;

Immolat

Immolat, & Protei formas se vertit in omnes.

Ipse gubernaculo subeas dux, ipse Magister,
Inprimis Turci ne differ frangere vires.

Et rabiem effrenem, tibi qui sanctissime Christe
Expuit in faciem, blasphemoque obijcit ore,
Insultans pressis, quasi non, qui nomen honorant
Christe tuum crucifixe, queas succurrere seruis.

Tu nostris furias Deus à præsepibus arce,
Quæ mare, quæ terras, quæ motibus astra fatigant:
Ut breue sit spatium, composta pace, quietis:
Dum leuis Halcyone positus in littore Ponti,
Tot sauos inter fluctus, tumidasque procellas,
Pignoribus, pullos excludat, & incubet ouis.

Tu rege iactatam cymbam, ne rupta fatiscat,
Protege, conserva, paruum defende Sareptam:
Ut sint, emeritis quos subroget usque nepotes,
Atque sibi semper succedant tramite certo,
Qui patris, atque tuum, summi qui numina flatus
Laude vehant, casteque colant, venerentur, adorent.

Fac nos participes regni, fac Christe triumphi,
Ut tibi non fictis Iuvencæ grata canamus
Mentibus, & nostro tibi laus fluat ore perennis.
Ut fremat infernus, rumpantur ut ilia Diti,
Dum modò spe messis ferus eludatur inani.

• D I X I.

Errata.

- Fol. 6. A. lin. 15. τρικῶλα pro τρικῶλα.
- Pag. 5. lin. 10. Accidentibus pro accentib.
- Pag. 68. lin. 2. syllabas, pro syllabam.
- Pag. 69. lin. 9. βαρίτονον pro βαρύτονον:
Et lin. 10. περπαεζύτονον, pro περπαεζύ-
τόνον.
- Pag. 73. lin. 4. εἶχε, pro εἶχε.
- Pag. 76. lin. penult. elicendum, pro elici-
endum.
- Pag. 77. lin. 7. ποιηπῆ, pro ποιητῆ.
- Ibidem. lin. 16. τιπῆσῶν, pro τυπῆσῶν.
- Tabella Speciali enclit: lin. ult. calcar, pro
coclear.
- Pag. 103. lin. ult. μῦ, pro μῦς.
- Pag. 126. πολεμήα, pro πολεμήια.
- Pag. 131. lin. penult. verus pro versus.
- Pag. 132. lin. 10. discisio, pro diuisio.
- Pag. 135. lin. 19. pro περῆπλον, ibi, pro, delen-
dum est.


Cb. 1849.


ULB Halle 3
004 976 86X



Sb,
Cb 1849.

A. C.





PROSODIÆ
Latinae & Græcæ præcepta:
IN VSVM

SCHOLÆ SER-
VESTANÆ, ANNOS
ante quindecim, à Reuerendo viro
M. VVOLFANGO AMLINGO,
tum temporis Ludi literarij ad Barthole-
maum Rectorè, ex optimis autoribus col-
lecta: Iamq; in lucem edita
studio, & opera

M. BALDASARIS KIS-
VVETTERI.

ANNO CHRISTI
AUXILII est MISERIS spes DeVS Vna pIIs.



SERVESTAE
Excudebat Bonaventura Faber.
CIO IO XXCII.